

*R-27022*  
REVEREN-  
DISSIMO IN CHRI-

STO PATRI, ET DOMI-  
NO, D. STEPHANO WE-  
BERO, MYSIENSI EPISCOPO,  
Reuerendiss. & illustris. D.D. WOLF-  
GANGI Archiepiscopi Moguntini,  
Principis Electoris in Pontificalibus  
Vicario, S.S. Theologiae Docto-  
ri, &c. Collegium Mogun-  
tinum Societatis

LESV. S.

*anno Bascallo de Exan*  
ERMVLTAE  
**P**hoc nobisro saculo,  
Reuerendiss. Do-  
mine, à viris eru-  
ditis & p̄ys in lu-  
cēdita sunt de vita CHRI-  
STI D. N. & Deipare Vir-  
ginitate

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14

*B. - 4. - 2. 2. 4.*  
R.P. Vincentii  
Bruni Societatis I.  
Meditationes in Scriptum  
Precipua Terra Ab.  
Viginis. Item  
Commune Item.  
Nunc ex Italico in  
Latinum translace  
Coloniæ Agrippe  
1607.

He visto ova exemplar  
identicas, en el qd. hay  
al fin un tráctado breve  
de Sacram. Penitentia  
cum examine generali del  
Confessioinem de tota Vita  
et Meditatione una pma  
Comunione. Coloniæ  
Agrippe 1607. vel missis  
autem

*S. P. Invenit & Edit.*  

---

R. - 2. 7. 0. 2. 2.  
REVEREN-  
DISSIMO IN CHRI-  
STO PATRI, ET DOMI-  
NO, D. STEPHANO WE-  
BERO, MYSIENSIS EPISCOPO,  
Reuerendiss. & Illustris. D.D. WOLF-  
GANGI Archiepiscopi Moguntini,  
Principis Electoris in Pontificalibus  
Vicario, S.S. Theologiae Docto-  
ri, &c. Collégium Mogun-  
tinum Societatis  
LESV. S.

*armen Descazo de Exar*

**E**RMVLTAE  
hoc nostro saculo,  
Reuerendiss. Do-  
mine, à viris eru-  
ditis & pijs in lu-  
cedit a sunt de vita CHRI-  
STI D. N. & Deipare Vir-  
ginitate

## EPISTOLA

ginis MARIÆ Medita-  
tiones ad vitam pie sancte q̄  
instituendam cum primis uti-  
les & salutares Sed quisquis  
has recenter & postremas  
VINCENTII BRVNJ So-  
cietatis nostræ Theologi Itali-  
co idiomate iampridem con-  
scriptas perlegérit, non du-  
biū est, quin siue sententiae  
elegantiā verbis diuine Scri-  
pture inherentem, siue opti-  
morum documentorum co-  
piam siue vim & efficacita-  
tem in Dei amorem, peccati q̄  
odium, animos inflammandi  
consideret, eas calculo suo in-  
ter optimas sit adnumeratu-  
rus. Quæcausaper pulit nos,  
ut laborem in Latinum idio-  
mam cōvertendi ante bien-  
num inchoatum, & obitu-

ter

## DEDICATORIA.

terpretis aliquandiu desertū,  
proximo superiori anno, tri-  
bus partibus adiectis, conti-  
nuaremus: omnibus q̄ pietatis  
studioſis, hos nouos fontes de-  
libandoſ proponeremus, ut si  
quos hactenus, aut rei diffi-  
cultas, aut infirmitas à ſaluber-  
rīma exercitatione deterru-  
iſſet, nouitatis illecebra proli-  
ceret. Quo verò hanc quar-  
tam, & extremaiā Medita-  
tionum partem, festis beatissime  
Virginis MARIÆ in-  
ſcriptam, tutelari Reueren-  
diſ. D. T. nomini dicaremus.  
gemina nos cauſa permouit.  
Altera, rara tua & eximia,  
multisque retrò annis teſtata  
in glorioſſimam Dei matrē  
religio & pietas. Annus e-  
nim iam agitur vigesimus,

\* 3

cuno

EPISTOLA.

cum in Sodalitatem Annun-  
ciata Virginis, recens tum in  
hac urbe institutam vltro te  
aggregasti, ac deinceps statim  
conuentibus publicis assiduè  
interfueristi, Oratorium Par-  
thenium sacro instrumento  
ornasti, ac legibus eiusdem et-  
iam minimis, istius Episcopali-  
onis honoris tui, ut ita loquar,  
fasces submisisti. Altera cau-  
sa est; ut nos hoc libello ali-  
quod gratianimi indicium in  
publicum daremus, pro singu-  
laritua eaq; nunquam inter-  
rupta benevolentia, qua nos,  
totamq; Societatem nostram  
à primis usq; initii sincerè &  
constanter es complexus: cui  
deniq; in perpetuum amoris  
tui in nos monumentum, su-  
periorumq; officiorum cumu-  
lum

DEDICATORIA.

lum in summa Ecclesie huius  
nostra arca nobilem & fulgen-  
tibus auro signis visenda ta-  
bulam (Lyssippi & Appellis  
opus dixeris) his extremis an-  
nis ingenti sumptu adjicere  
voluisti. Pro quo Insigni mu-  
nere, ut Deus O. M. prater  
logorum huius lucis usuram  
aurea sempiterna vita scula  
R.D.T. aliquando adjiciat, ex  
animo optamus. MOGVN-  
TIAE kál. Febr. hoc est in Pa-  
rificate Beatis Virgin. MA-  
RIA E per uigilio, Anno M.  
D.XCVIII.

\* & AN-



P R A E F A T I O.

*Aucto r pio Lectori.*

**O N S T I T U E**  
C R A M in animo  
meo, post abso-  
lutas Meditati-  
ones oēs in totam vitam  
& passionem C H R I S T I  
redemptoris nostri, quas  
Deo iuuāte iam absoluī,  
cōficerē quoq; Meditati-  
ones in totam vitam San-  
ctissime C H R I S T I Matris  
a multis pijs hominib. ex-  
petitas. Verūm re diligen-  
tiis expensa, tandem de-  
creui, has paucas dūtaxat  
Meditationes in septem  
præcipua sanctissimæ Vir-  
ginis festa, ab Ecclesia an-  
niuersario ritu celebrari  
solita, in lucem dare: vt D.

Vir-

AD L E C T O R E M.

Virgini addictis capita  
quādam ad meditandum  
illis saltem diebus suppe-  
terēt, tum ad capiendam  
ex illis consolationēm a-  
jiquam spiritualem, tum  
ad amplius excitādam in  
fede uotionem erga hanc  
nostram gloriosam regi-  
nam, & adiuocatā clemen-  
tissimam. Hanc in senten-  
tiā ut venirem, illud in-  
primis me impulit, quod  
animaduerterem multos  
alios pios Scriptores in  
hoc genere desudasse, &  
in vniuersā Deiparæ vitā  
cum laude scripsisse: inter  
quos postremo loco etiā  
R. P. FRANCISCVS Co-  
STERVS Societatis no-  
stre Theologus, quinquag-

\* 5 gin.

PRAEFATIO.

ginta Meditatiōes admodum vtileſ & pias nuper diuulgauit: ante quem in diuersa eiusdem vitæ mysteria magno ſpiritu & eruditione ſcripferat R. P. F. L V D O V I C U S G R A N A T E N S I S , qui facile inter omnes ſpirituales hu- ius ſæculi Scriptores pal- mam obtinuit. Deinde, quod ſi quid, exceptis his ſeptem meditationib. de- ſiderari poterat, id ī co- pioſe in Meditationibus de vita C H R I S T I D. N. pertractaſsem; ſic prorsus vt ex his præſentibus & il- lis, historiam totā ( quam tum quidē ex diuina Scri- ptura hauriri potuit) San- ctissimeyvitę eius, totumq;

id,

AD LECTOREM.

Id, quod ego pro imbecil- litate viriū mearū in hoc argumēto præſtare valui, habere poſſis: alioquin totus labor mihi ſuperuaca- neus, & alijs parū vtilis fu- iſſet; quandoquidē multa iam in vita C H R I S T I Do- mini traçtata, repetēda fu- iſſent. Et quanq; tres Me- ditationes iam ante in Vi- ta C H R I S T I conſcriptæ, à me iſtis ſint insertæ, tamē operam dedi, vt nūc vbe- riores & meliores, multis adiectis & immutatis, exi- rent. Addidi quoq; vnam Meditationē de Natuitate glorioſi præcursoris, q; in ſacro Euāgelio de illo, velut de ſācto Chriſto ad- modū familiari, ac beatif-

\* 6 Vir-

P R A E F A T I O.

Virginis proximo cognato, peculiaris mentio habetur. Adhac ut in reliquorum Sanctorum festis solenibus pijs quoque cibum aliquem, quo spiritualiter pascerentur, haberent: visum est mihi adiungere non nullas Considerationes de Sanctis generatim, hoc est, de S. Apostolis, Martyrib. Cōfessoribus, & Virginibus, stando in genere de eorū excellentia, officijs, virtutibus & præmijs: quibus considerationibus vti poterit quilibet in festis Sanctorum toto anno occurribus, quādo alias meditationes ad manum nō habebit. Ergo quia hic ex-

P R A E F A T I O.

tremus flos est huius mei spiritualis serti, partim ex rosis purpureis sanctissimæ vitæ CHRISTI D. N. partim ex candidis lilijs virtutæ, excellentiumq; virtutum purissimæ eius matris, partim denique ex alijs pulcherrimis virtutū & meritorum floribus omnium gloriosorū Sanctorū contexti: deinde quia alijs misericordias propōitus non fuit, quam Salvatoris nostrigloria, inflammare que omnium animos, in eius amorem, & deuotionem erga sanctissimam eiusdem matrem etiammatque etiam rogo pios & cādidos Lectores, ut equi boni; consulere hunc me-

PRAEFAT. AD LECT.  
um conatum & voluntate-  
tem velint, & si deprehen-  
derint in hoc meo opere  
aliquid desiderari, id meq;  
inscientiae & imperitiae at-  
tribuant: si verò ex eo fru-  
ctum aliquē & profectum  
spiritualē cuperint, diui-  
næ Maiestati adscribant,  
eiique soli cum laude gra-  
tias referant; quod per in-  
finitam sapientiam suam,  
pro ampliori nostro fru-  
ctu & salute, nō ritelice-  
re mel de petra, &  
oleum de saxo  
durissi-  
mo.

BREVIS DE-  
SCRIPTIO PERSO-  
NAE IESV CHRISTI  
DOMINI NO-  
STRÆ.

ATQVE ETIAM  
BEATISSIMAE VIRGL-  
NIS EIVS MA-  
TRIS.

VONIAM eos,  
qui commémoratio  
ne diuinarum re-  
rum progressum  
facere cupiunt in  
spiritu, vitāq; suam ad viuum  
CHRISTI Saluatoris nostri  
exemplum conformare, ma-  
gnoperè ad attentē & deuotē  
considerandam sanctissimam  
eius vitam iuuat, menti obie-  
tas habere personas, quarum  
verba, gestus, actionesque, qua-  
si oculi

### DESCRIPTIO D. N.

oculis cōspectas expendūt, id  
circo opere pretiū mihi factu-  
rus videor, si pro maiori eorum  
ēdem cōsolatione & instruclio-  
ne, initio huius opusculi breue  
ipsiō personē C H R I S T I D. N.,  
qui nobis velut omnium virtu-  
tum speculum ac vitae nostræ,  
sanctorumque morum norma  
propositus est, descriptionem  
præmisero: vt sicut anima no-  
stra creata & formata est ad i-  
magine & similitudinē Dei,  
sed postea per peccatum defor-  
mata: sic ad similitudinem vi-  
tae, sanctissimorumq; morum  
filij Dei reformetur. Visum est  
quoque adiungere, quoniam in  
hac parte de sanctissima eius vi-  
ta agitur, descriptionē beatissi-  
mę eius matris M A R I A E, quip-  
pe cum illam D E V S post be-  
neditum filium suum, nobis  
dederit in Magistram & omni-  
um virtutum exemplar, ve-  
sistem

### AD LECTOREM.

sistentes piorum more filiorū  
vestigijs Matris nostræ, eius fa-  
uore & auxilio perfecti effice-  
remur C H R I S T I filij imitato-  
res, ac deinceps gratia ipsius co-  
hæredes, & cœlestis Patris eius  
hæredes.

Vtergo initium faciamus à  
persona C H R I S T I D. N. cùm  
is secundum diuinitatem suam  
sit fons omnis gratiæ & specu-  
lum omnis pulchritudinis, pla-  
nè verisimile est eū secundum  
humanitatem quoque fuisse, vt  
Propheta loquitur, *speciosum Psal. 44.*  
*formaprefilijs hominum,* hoc est,  
omnibus hominibus pulchrio-  
rem, gratiorem, & speciosio-  
rem. Erat enim, vt quidam Au-  
tores referunt, & habet vetus *Niceph. l. 2.*  
traditio, venerabili, egregio, vi *Ecclesiast.*  
uidoque vultu, & simul simpli- *vlt.*  
ce, graui, & maturo, prudentiā *S. Anto-*  
cum lenitate coniunctam, pla-  
cabilitatemq; iracundie exper-  
tem

### D E S C R I P T I O.

tem præ se ferente. Corporis statura recta & mediocri, ad palmos prorsus septē. Capillis more Nazaræorū promissis & flauis, colore referéibus aureum, perfumilem intimo maturarū nucum cortici, Cæsaries eius nō admodum densa, in capitis medio diuisa æqualiter ad aures defluens, inde verò quodammodo ad crispos declinans. Supercilia nigra, nō inflexa, Oculi subflavescentes, vt capilli, paulò tamē nigriores, sed acres & clari, è quorum luce mirifica emicabat gratia, Frons plana, ampla, & seuerior, Nasus lögior in quo, sicut & in ore nullū vitium notari poterat. Facies, neque rotunda, neq; acuta, sed potius longa, sine ruga & macula vlla, quā ferè habebat in terrā demissam, Tritici colorem maturessentis, & cū modica fulcedine rubescentis referebat: tā

### E. V I R G I N I S

que apparet venerabilis, vt omnes intuētes facile in amore sui & reuerentiam pertraheret. Barba spissior erat, colore cœdē, non admodū prolixā, & bifurcata. Collum fuit non arduum & erectum, sed sensim declive. Sermo eius grauis, gratus, & modestus, in reprehensionibus terribilis, in admōnitionibus dulcis & amabilis: nunquā visus ridere, lacrymari sepius. Persimilis deniq; quoad humanitatem fuit benedicta & immaculata suæ genetrici.

Quod deinde ad descriptio-  
nē beatissimæ virginis, Matris  
Dei attinet, sicut illa pulchritu-  
dine, & interna animæ suæ per-  
fectione, non solūm omnibus  
alijs mulieribus, sed etiā omni-  
bus Paradisi angelis præstítit,  
ita verisimile est eandem quo-  
ad externam corporis formā  
perfectissimā, & incomparabi-  
lē pulchritudine præditā fuisse.

## DESCRIPTIO

## B. VIRGINIS.

Vnde, quemadmodū scripturæ thusiano, & Vbertino) cùm ex *inc 3 de*  
prædicat C H R I S T U M suū *Græcia* in Iudçam venisset, san *deuin. nō.*  
se speciosum forma præ filij. Atumq; Apostolum Ioannem  
hominum, ita de illa similiter rogasset, sibi vt potestatem fa-

*Cant. 2.**&c. 5.**Epip. pref.**Niscep. lib.**z. cap. 23.**S A N.**SELM.**P. Canis.*

lteribus esse formosorem. Fuit illam creaturā, è qua princeps  
ergo & ipsa, vt multi graues illam & autor totius vniuersi digna-  
Doctores afferunt, statura me tus esset nasci, vbi in conspectū  
diocri, facie non rotunda, nec eius venit, tanta claritate & glo-  
acuta, sed aliquanto longiore, ria fulgentem conspexerit, vt  
colore, vt filius, triticum refe- præ ingenti stupore deficiēs in  
rente, capillo flavo, oculis item terram ceciderit: sed tandem  
flavis, subfuscis & acribus, pr composui factus, dixit, nisi ra-  
pillis oliue colorem exprime ratione naturali & fide cognouis-  
& supercilijs inflexis, & set aliam esse diuinitatē, se hanc  
decenter nigris. Nasus ei era psā loco diuinitatis habiturū  
longior, labia florida & verbo suis. Erat in omnib. honesta-  
rum suavitate plena, manus si & grauis, facilis ad audiendum,  
mul & digitī longiores. Breui- & per quam affabilis, ad obedi-  
ter, maiore pulchritudinis per- endum & beneficiendum om-  
fectionem habuit, quam possit inib⁹ promptissima: sed vide-  
in corpore mortali imueniri, batur admodū verecunda, pau-  
Tanta quoq; gratia in eius vul- ca tantum loquens, eaq; neces-  
tu resplendebat, vt Dionysius. Benigna erat in omnes,  
Areopagita teste Dionysius. Caro sua sum honorem & vene-

ratio-

DESCRIPT. B. VIRG.  
rationem exhibens, sine ris-  
sime perturbatione, sine vlla  
racundia, & super omnes exc-  
lentissima humilitate ornata.  
Quod ad vestimenta attinet, est  
simplicissimum, & honestissimi-  
mum natui coloris semper conser-  
ta fuit, sicut probabile est fuisse  
quoque vestem inconsutilem  
quam suis manibus benedictam  
filio contexuit, quae erat lane  
reticulata, colore non omnino  
albo, sed naturali leucophaeo.  
Exercitia & opera, quibus B. Vi-  
go exteriū se occupabat, erant  
in lana & lino, vel serico ad ser-  
uitū Templi: reliquum tem-  
pus sacrae lectioni, orationi, &  
ieiunijs, sicut postea suo lo-  
co dicetur, continen-  
ter tribue-  
bat:

D E. CONCE-  
PTIONE B. VIRGI-  
NIS DEI MATRIS,  
M E D I T A T I O L  
S C R I P T U R A.

D OM INVS possedit me in *Prov. 3.*  
initio viarum suarum, ante-  
quam quicquam faceret a prin-  
cipio, ab eterno ordinata sum, &  
ex antiquis, antequam terra fieret:  
Nondum erant abyssi, & ego iam  
concepta eram, &c.

F I G. V R. E.

1. *D* EUS in Legi mandauit arcam *Exod. 25.*  
*testamenti fabricari ex lignis*  
*incorruptilibus, intusq; & foris te-*  
*gi auro purissimo.*
2. *S* alomon construxit thronum *3. Reg. 10.*  
*grandem, & regium, in quo federet,*  
*De ex labore candidissimo, cumq; vesti-*

A uis

2 MEDITAT. DE  
uit auro purissimo fulvo nimis: de  
qua i Throno restatur Scriptura in  
nullo mundi regno tale opus esse fa-  
bricatum.

B. VIRGINE.

prioris mulieris damna esset restaura-  
tura, ut inimicus idem, qui per mulie-  
rem vicerat, per mulierem quoque  
vinceretur, admiratione quadam ve-  
hementi attonitus dixit: *Mulierem for-*

*Gen. 2,*

*Prover. 2.*

3

PROPHETIAE.

*Proverb. 9. 1.* **S**APIENTIA edificavit sibi domum,  
excidit columnas septem.

*Psal. 45. 2.* Sanctificavit tabernaculum suum  
altissimum.

*Psal. 95. 3.* Domum tuam decet sanctitudo Di-  
mine.

*Cant. 4. 4.* Tota pulchra es amica mea, &  
macula non s' in te.

CONSIDERATIONES.

*Pund. 1.* **S**ALOMON rex sapientissimus,  
dum ex una parte damnum maxi-  
mum unius mulieris imprudentia &  
inconstancia toti humano generi illa-  
tum consideraret; (nam diuini man-  
dati prævaricatione non solum intro-  
duxit mortem in orbem terrarum, sed  
etiam oclusit cælum, teque, & totam  
posterioriter eternæ maledictioni sub-  
iecit.) ex altera vero parte spiritu Pro-  
phetico præuideret in mundum ven-  
turam aliam mulierem sapientem &  
constantem à Deo promissum, qua-

prio-

prioris mulieris damna esset restaura-  
tura, ut inimicus idem, qui per mulie-  
rem vicerat, per mulierem quoque  
vinceretur, admiratione quadam ve-  
hementi attonitus dixit: *Mulierem for-*  
*tem quis inueniet?* quasi diceret. Si  
ex arbitrio, & manu unius mulieris  
pendet salus nostra, & ruinæ nostræ  
remedium, & innocentia restitutio-  
& contra potentem aduersarium no-  
strum victoria, conuenit eam admo-  
dum esse fortem. Sed quis talen in-  
ueniet? & quasi vaticinans subiungit:  
*Procul, & de ultimis finibus pretium*  
*est.* Non erit hæc mulier exigui pre-  
tij, sed nec maximi, quantum potest in  
hoc mundo reperiri, sed inde ab extre-  
mo & summo cælo pretium eius de-  
ponendum est. Age lætare Salomon,  
tecumque læteretur mundus to us &  
exultet, quia iam inuenta est illa mu-  
lier fortis, iam de cælo venit. Et quis  
alius eam inuenit, nisi magnus ille  
Archangelus Gabriel, hoc est, si in-  
terpreteris, fortitudo Dæi? arque  
erat certè validè congruens à D E O  
fortissimo ad mulierem tam fortem  
amandari quoque ita fortem Le-  
gatum. Multorum aliorum Sancto-  
rum prædicatur fortitudo, singula-

A 2 ref.

4 MEDITAT. DE  
resque victoria ab eis relate aduersus  
carnem, passiones, & affectus proprios  
dum vi eas spiritui & rationi subicie-  
runt, de quibus scriptum est. *Fortis*

*est qui dominans anima sua expugna-*  
*tore urbium.* Verum ut inimici eo-  
rum erant domestici, ita saepenumero  
contingebat, ut nunc eos vincerent,  
nunc vicissim ab eis vincerentur: at  
beatissima Virginis eiusmodi fortitu-  
do fuit, ut nunquam cogorit, vel ex-  
perta sit perturbationem aliquam, vel  
tentationem ex causa aliqua interna  
proficiscerent, (omnes enim animi  
vires & sensus ordinatos & rationi sub-  
iectos habebat) sed summa quadam  
pace & quiete fruebatur. Vnde ipsa in  
star aciei armorum militum benes-  
dinata, ob admirabilem omnium vi-  
tutum in ipsa consensem & conspira-  
tionem, humanaz naturaz hosti tam  
erat facta terribilis & formidabilis, vt  
nec insultare; nec etiam adjungere &  
ei anderet. *Hæc est mulier illa,* cuius  
fortitudo à custodibus corporis Regis  
Persarum, omnibus rebus fortibus est  
antelata: nam hæc non solum vicit tam  
magnum hostem, sed etiam suæ cha-  
ritatis & humilitatis fortitudine vici  
fortissimum Deum. O magna & ad-

*Cant. 6.*

*Ez. 3.*

5 E. VIRGINE.

mirabilis auctoris potentia, qui solus de  
Deo triumphat, cique quasi manus li-  
git, ne nos secundum merita castiget.  
Verè magna, & commendatione di-  
gnissima fuit fortitudo Iudith viduæ, *Ind. 12.*  
quæ sola vicit Holofernem hostem, &  
populum suum à seruitute, & mor-  
te liberavit. At longè maior fuit forti-  
tudo huius Virginis nostræ, quia noa  
folum vicit & profligauit Tyrannum  
infernalem, sed etiam Deum introdu-  
xit in mundum, verum & legitimum  
dominum nostrum, per quem liberati  
à morte ad æternam vitam vocati fu-  
imus. Hæc denique est illa fortissima  
virtus David, è qua uti scriptum est,  
pendent mille clypei, & omnis armatu-  
ra fortium. Vnde Sapientia de hac ini-  
tiose ergens optime subiesit. *Multe filii*  
*congregauerunt sibi diuitias, tu super-*  
*gressus es universus.* Nam aliud non fuit  
MARIA, quam hortus ille conclusus, *Pro. 31.*  
in quem Spiritus sanctus pulcherri-  
mos quoq; flores, & fragrantissimos  
odores, qui inter homines in terra, &  
inter Angelos in celo inueniri potue-  
runt, collegit. Verè hortus deliciarum. *Cant. 4.*  
in quem superueniens secundi Austræ  
instar Spiritus sanctus non solum eum  
ditanit, sed ita repleuit, ut ex omnibus

• MEDITAT. DE

partibus, quasi fons redundans, rino  
fuos effuderit.

2. CONSIDERA, quantam gau-  
dij materiam angelis in celo, & in ta-  
ra hominibus attulerit huius fortissi-  
mæ mulieris Conceptio, quia eo ipso  
momento principium datum fuit re-  
staurationi celestis Hierosolymæ, &  
nobili operi humanæ redemptionis.  
Tunc enim concepta fuit illa, à qua  
creator & redemptor mundi, pro salu-  
te generis humani carnem erat assum-  
pturus, & homo futurus. Tunc divi-  
na sapientia manu plantatus est Pa-  
radisus deliciarum plenus, omni volu-  
ptate spiritali circumfluens, varijsque  
virtutum ac donorum ecclœstium flo-  
ribus exornatus, in quo secundus A-  
dam C H R I S T Y s redemptor no-  
ster erat collocandus. Tunc quoque  
plantata fuit felix arbor vita, cuius vi-  
uiscus & salutaris fuctus medeti de-  
bebat omnibus humanis infirmitati-  
bus, æternamque vitam & salutem ho-  
minibus conciliaturus. Tunc in Ecclœ-  
si horto ex radice lessæ germinauit vi-  
gætia, à qua exortus est flos pulcher-  
rimus, in quo requiescens spiritus Do-  
mini plenitudinis illius omnes homi-

V. II.

B. VIRGINE

nes participes effecit. Tūc deniq; Spi-  
ritus sanctus cœperit orditi telam illam,  
è qua confici debuit nostræ mortalis  
naturæ vestis, ad induendum ea æter-  
num Dei filium. Iam quia semper pro  
prium fuit aeternæ sapientiae, conue-  
nienter officijs homini attributis con-  
ferre gratiam, donaque cœlestia, planè  
efficitur, cum post Dei filium, nulla  
fuerit in mundo creatura sua sanctissi-  
ma Matre dignior & nobilior, gratiam  
ei cœlitus communicatam hoc lon-  
gius excessisse omnium reliquorum  
Sanctorum gratiam, quo dignitas eius  
fuit sublimior, nempe cuicunque alij  
etiam angelica præferenda. Quare &  
in persona eius rectissimè scriptum est.  
*In plenitudine sanctorum detentio mea. Ecclœsi. 27.*  
Ac vere omnium illarū virtutum, do-  
notumq; alijs sanctis à Spiritu S. com-  
municatorum plenitudo tota simul  
inuenta est in Maria. In ea enim fuit si-  
des Patriarcharum, spes Prophetarum,  
Apostolorum zelus, constantia Mart-  
yrum, sobrietas Confessorum, ca-  
ritas Virginum, atque etiam puri-  
tas Angelorum. Adhæc perfectio  
& dignitas huius Virginis, facile col-  
ligitur ex summa dignitate & sancti-  
tate Christi filii eius, cuius sacratissi-

nes

A. 4 -

mam

### S. MEDITAT. DE

mam humanitatem, rationem diuinę  
personę cui vñita fuit, conueniebat or-  
natam & plenam esse omnibus gratijs  
ac donis, quae in cœlestibus theſauris  
recondita latebant, vt de eo testatus  
est sanctus eius præcursor, dicens: *Nos  
enim ad mensuram dat Deus Spiritum,*  
Et recte Nam cùm honor vel dignitas  
illius naturæ, quam filius Dei assumi-  
psit, redundatura fuerit in Deū ipsum,  
congruens certè erat sacram illam hu-  
manitatem tanta sanctitate & perfe-  
ctione dotari, vt nihil in ea inueniri  
posset, quod tantam Maternitatem ali-  
quo modo obscuraret. Cùm ergo ho-  
nor & gloria filij cum matre sit com-  
munis, secundum illud Scripturæ *Glo-*

*Ieron. 3.*

*Prou. 7.*

*riarum filiorum Patres eorum:* necessando  
factendum est Matrem filij Dei sum-  
ma quadam dignitate & sanctitate su-  
per omnes alias creaturas dotatam &  
locupletata esse. Si ergo decus, vel de-  
decus filij, penderet ab honore vel dede-  
core matris, qualis esset filius ille, cui  
cum plena potestas esset, vel faciendi,  
vel eligendi quantam vellet, non eli-  
geret matrem longè omnium nobis-  
lissimam & honoratissimam? Quare  
cum filius Dei solus hanc potestate  
habuerit eligendi, vel faciendi Matrem

suam;

### B. VIRGINE.

suam; quis dubitet, ab eo electam  
vnam omnium creaturem præstau-  
tissimam & honoratissimam? vt sicut  
gloriatatur de Patre Deo, posset quo-  
que merito gloriar de Matre, atque ita  
ratione virtutisque parentis appareret  
verè excellens & glorioſus. Tale ideo  
fuit hospitium, talis fuit hortus floridus,  
quem spiritus sanctus vñigenitus  
Dei filio preparauit. Nec mirum ta-  
lem locum tali hospiti attributum: de  
eo enim scriptum est, quod habitet in  
hortis, & pacetur intra lilia, nec re-  
quiescat nisi in lechis floridis, & varijs  
ac odoriferis virtutum floribus exor-  
natis.

3. CONSIDERA, quomodo  
hæc generoſissima mulier, non soluta  
emines alias fortitudine & dignitate  
præcesserit, sed etiam supra omnes pu-  
ritate & innocentia quadam singulati  
speciatim dotata fuerit. Legimus in  
diuinis literis, *Deum* creauisse pri-  
mum parentem nostrum *Adamum* ē  
terra adhuc virgine & pura, nondum  
maledictioni subiecta. Vnde cùm pri-  
mus ille parentes noster fuerit ( vt lo-  
quitur Apostolus) forma futuri ſecu-  
li, & secundi Adami Domini nostri

*Rem. 5.*

A s figu-

## 10. MEDITAT. DE

figura, congruentissimum certè erat CHRISTVM, qui diuinæ suæ personæ dignitate infinitis partibus exce-debat Adamum, è terra purissima, & omnis maculæ experie formari. Quæ vero alia fuit hæc terra, nisi Virgo MARIA? quæ plena semper fuit benedictionibus, vt de ea loquitur Propheta: *Benedixisti Domine terram tuam.* Ac rite quidem vacatur terra, Ut enim terra nostra diuersos producit fructus in usum & utilitatem hominum: Sic MARIA Virgo produxit & peperit nobis illum benedictum, & sublimem fructum ventris sui, qui salutem attulit toti mundo. Adhæc, sicut prima mulier EVA, (quæ non minus fuit imago & figura secundæ EVA Matris Dei, quam Adams fuit CHRISTI) à Deo produc-ta est ex costa Adami, tota pura & in-nocens, omnis macula expers: ita conueniens fuisse videtur, vt Mater ipsius DEI, speciali gratia immunita seruaretur ab omni macula, quam a-lioquin lege naturæ nostræ corruptio incurre debuisset. Et si tantum bonum contigit illi, que inuentrix erat mortis, & mundo intulerat maledi-cionem; cur illud detrahemus Ma-

Psal 34.

B. VIRGINÆ <sup>11</sup>  
ræ, quæ Mater fuit Regis vitæ nostre reparatoris? Legimus item Deum primo hominī, cùm eum creasset, di-xisse: *Faciamus adiutorium simile il.* Genes. 2. b, atque ita è costa Adami Euam for-masse, in omnibus & per omnia (qua-tum eius natura postulabat) viro similiem. Quæ figura præcipue conuenit in Christum, sicut & cætera omnia facta ac figuræ veteris Legis. Etenim, cùm D E U S decreuit filio suo vnigenito, pro redimento genere humano afflu-mendam esse carnem, simul etiam de-creuit & prædestinavit, quæ deberet eius esse mater, & redemptionis nostre cooperatrix. Atque ut ipse, quoad fie-ri posset, simillima esset, omnes eas do-tes, & prærogatiuas in eam contulit, quas nulli vñquam creaturæ puræ antè contulerat, & quæ Matri tanti filii congruebant. Vide igitur quām hæc beatissima mater sit similis filio suo: nam sicut ille est filius Dei, sic & hæc licet dissimili modo: ille sponsus, hæc sponsa. C H R I S T V S simul Deus est & homo, M A R I A simul virgo est & Mater. C H R I S T V S est virgo & Pater noster. M A R I A quoque est virgo, & mater nostra. C H R I S T V S est via, & porta, per

ræ,

A 6

quama-

quam ad nos venit salus. MARIA item est porta celi, & porta lucis, per quam vita ingressa est in mundum, & per quam homines aditum habent ad celum. Itaque videtur ad modum fuisse conueniens, vt sicut CHRISTVS fuit totus purus, & sine peccato conceptus: sic illa quoque, non iam per naturam, & ex debito (quod soli filio competebat) sed ex peculiari gratia & priuilegio eiusdem sui filij citra omnem peccati maculam conseretur. Si enim omnis creature perfectio sita est in similitudine sui Creatoris, eoque perfectior est, quo & similior; non dubium est, quin MARIA Virgo, cum beneficio gratiae perfectissima inter omnes creature easerit, eam in omnibus auctori gratiae, cui in opere salutis nostrae, quasi cooperatrix adiuncta est, ceteris quoque similiorem fuisse. Denique, si summus ille sanctitatis, puritatisque amator a ministris materialis templi exigebat tamam sanctitatem, & tot ritus purificationis, eoque maiorem, quo quisque praestantius, Deoque vicinius gerebat officium: cum B. Virgo inter omnes puras creature proxima DEO accesserit,

serit, solo nomine & officio excellenterissimo Matris Dei, conueniens certe fuit, eam puritate tantum hominibus & angelis antestare, quanto ad ipsum Deum fontem puritatis vicinius accesserat.

4. CONSIDERA, quam benedicta illi figura, & vaticinia veterum Patrum conueniuntur, & quam illustre testimonium praebant puritatis, & excellentiae huius sanctissimae Matris: illa enim fuit felix illa domus, quam pro sua habitacione eterna sapientia elegit & fabricauit, & in qua diuinitatis plenitudo, non solum spiritualiter, & secundum gratiam in animo, sed etiam corporaliter in utero habitatuit. Hanc domum ipse Deus septem illis columnis fortissimis, septem donorum Spiritus sui saepe, Sapientie, scilicet, Intellectus; Consilii, Fortitudinis, Scientiae, Pietatis & sancti Timoris Domini fundavit & ornauit. *Fundamenta eius in montibus Sal. 86.*  
SANTIS, dicebat propheta, loquens de beata domo, de hac ciuitate Dei, de hoc sacrato templo, quod fundari debuit, non super fundamenta vilis & abiectae materie (sicut sua palatia fundare solent architecti huius mundi) sed super columnas solidissimas, supra montes s. Reg. 8.

& lapides pretiosos, quemadmodum legimus Salomonem extruendo templis Dei, in fundamenta dei ecclise lapides ad medium grandes & pretiosos: vnde intelligere licet, prima fundamenta a Deo iacta, quando creauit & fabricauit hanc domum, non fuisse fragilia, aut ob peccati originalis sedecitatem vilia, sed solida, pretiosa & sancta, ex speciali diuinæ gratia sive dono: idque ad modum erat conueniens. Nam in creatione mundi, veloquitur scriptura, cum Dominus creasset terram, elementum tam vile, vidi quod esset bonum: sic idem Dominus creans matrem suam, quæ dignitate & excellentia excedit non solum terram, sed etiam celum, ipsorumque angelos, dici potest, quod non videtur eam malam, hoc est, peccatricem & maledictam, sed benedictam & sanctam. Hec est illa sancta arca testamenti fabricata ex lignis incorruptibilibus, tota auro purissimo circumclusa, in qua recludi & seruari debuit ecclesis panis, illud dulcissimum Verbi incarnati manna; nam in sacro illo corpore, animaque virginis nulla unquam fuit peccati corruptio, sed semper fuit innocens, semper quies, & sem-

per

per gratia plena, & instar regiae virginis fuisse semper recta & niunda, sine vello culpe originalis nodo, sine cortice culpe venialis, sine plaga peccati mortalis. Hac est thronus ille regius 3. Reg. 10. in quo sessurus & quieturus erat verus rex Salomon, quem dicit Scriptura fuisse magnum, & è candidissimo cœboe auroque ad modum fulvo fabractum. Magna vero fuit MARIA, quia magnus est Deus, qui in illa factus homo quiescit. Vnde hic mysticus thronus maior & capacior fuit cœlo & terra, sicut de eo cantat Ecclesia: *Quem totu[m] non caput orbis, In tua se clausi viscera factus homo.* Est quoque magna, quia sanctitate & virtute longè excellit ceteras omnes creaturas, illa est mons altissimus, alij vero omnes sunt quasi valles humiles & abiectæ: illa est regina & imperatrix cœli & terræ, reliqui autem comparatione huius iunt subditæ & tributariorum: Erat hic thronus fabricatus ex ebore qui suo admirabili candore, robore, & frigiditate figurabat puritatem, fortitudinem, & innocentiam matris Dei, quis enim candor maior potuit esse Virginitate illa, quæ gratia sua specie angelos, totumque

cœle-

coelestem exercitum in sui cōspectum  
allexit? Ac quid esse fortius potest for-  
titudine, per quam Dominus omnis  
fortitudinis vicit, & sortem illum ar-  
matum spoliauit, qui toti mundo ty-  
rannoicē dominabatur? & que substan-  
tia potest esse frigidior illa, que virtute  
altissimi fuit obumbrata, & plenitudi-  
ne Spiritus sancti conseruata, extincto  
in ea omni ardore & peccati somite?  
Dein de per aurum illud fulnum, mihi  
fīcē collucens quo thronus hic erat ve-  
stitus, significata est præcellēs eiusdem  
Virginis charitas: qua charitate nō mo-  
do superauit reliquos oēs sanctos, sed  
etiam ipso Seraphinos; per quam tan-  
to perē placuit altissimo, ut ille voluerit  
de cālo descendere, & carnem ex pu-  
rissimo eius vtero susciperet: de qua ip-  
sa loquens in persona Sponsæ dicebat:  
*Introduxit me rex in cellam vinariam,  
ordinavit in me charitatem.* De hoc  
throno dicit Scriptura, nunquam talis  
opus in toto mundo fabricarum fu-  
isse; atq; idē in huius beatissimæ Vir-  
ginis laudem rest̄e canit Ecclesia, *Nec  
primam simile visa est, nec habere sa-  
quentem.* Vnde & conueniebat eam, quæ  
æterni verbi mater esse debuit tā-  
ta puritate nitere, ut post D̄vum nul-  
la

Cant. 2.

la creatura esset maior vel parior. Erat *Cant. 4.*  
queque M A R I A hortus Domini de  
litarum plenissimus, vndeque conclu-  
sus & septus, in quem antiquus serpēs  
aunquam intrauerat: nam vti D E U S  
per Prophetam de Rege Assyriorum,  
qui urbem Hierosolymorum expug-  
nare conabatur, dixit: *Non ingredietur Esaiæ 37.*  
urbem hanc, nec mittet in eam sagittā,  
nec occupabit eam clypeus, nec circum-  
dabit eam raunitio, protegamus urbem  
hanc, & saluabo eam propter me, &  
propter David Jeruum meum. Sic D E-  
U S sanctam Virginem præuenit in be-  
nedictionibus dulcedinis, tamque ab  
omnibus iniuncti infernalis insultibus  
defendit; custodiuītque ut non pos-  
set sagitta mortali, veneno, scilicet,  
maculæ originalis lēdi, quo dæmon  
confixerat, & inficerat totum genus  
humananum. Præterea erat haec beatissi-  
ma Virgo illa resplendēs Aurora, quæ  
inde ab initio sui ortus, diuinis Solis  
iustitiae radis ita collustrata fuit, ut  
nulla vñquam caligine, nullis peccati  
tenebris offuscata fuerit; sicut de ea va-  
ticinatus sanctissimus Iob dicbat. *Ex- 1ob. 3.*  
pedet lucem. & non videat, nec ortum  
surgentis aurora. Nox illa obscura & ca-  
liginosa nunquam ad lucem veri Solis

C H R I

CHRISTI Domini nostri pertinat, in quam nunquam inciderunt, vel etiam incidere potuerunt peccatorum tenebrae: minus vero videat nascientis aurorae principium, quæ fuit Mater sua purissima, cuius conceptio per gratiam filij quoque pura fuit & immunita ab omni macula. Adhæc verba illa, quæ dixit Deus ad serpenterem, se iniurias positurum inter ipsum & mulierem, & inter utriusque semen, & ipsam mulierem contritutam serpentis caput, certum est in nullam aliam veteris vel novi testamenti mulierem conuenire, nisi in hanc sanctissimam & potentissimam Virginem: quæ sola peculiarem iniuriam cum antiquo serpente habuit, & sola sua extrema innocentia, humilitate, & prudentia, & multò magis beneficio benedicti fructus ventris sui illi caput contrivit. Hæc quoque est speculum sine macula, semper relucens & resplendens, nulla vel minima peccati sceditate infectum, exemplar illud & forma virtutum, sicut in

*Genes. 3.**Exod. 32.*

*Ecclesi. 24.* persona eius scriptum est. *Ego mater pulchra dilectionis & timoris & agnitionis, & sancte spei, in me gratia omnia vita & veritatis, in me omnia pessima vita.*

vita & virtutis? Hæc virgo beata de-niq; est pulcherrimus ille flos iericho, quæ sine vila peccati spina producta *Ihes.* est; est candidum & odoriferum liliū, cui comparatae omnes mulieres aliae possunt appellari spinæ, sicut de ea dixit sponsus: *Sicut lillum inter spinas, Cant. 2.* *Si amica mea inter filias, omnes enita-* aliae iniquitatæ sunt peccato, sed sponsa & altissimi amica, tam in concepcione sua, quam in omni vita semper fuit pura, semper fuit sancta, & inter omnes filias Hierusalem gratiosissima.

5. IAM vero considera, cum hæc beatissima Virgo ab aeterno electa & predestinata fuerit, ut esset thalamus mundissimus aeterni Regis, & diuinitatis ipsius dignissimum domicilium, quam bene de ea scriptum sit: *Prov. 8.* *Dominus possebat me ab initio viarum suarum. Quamuis enim hæc verba propriæ intelligentur de aeterna sapientia, tamen ab Ecclesia sancta admodum conuenienter accommodantur B. Virginis, ob summam conformitatem & unionem quam illa habet cum Christo Patris sapientia, quæ ex illa carnem assumpsit, & in illa habitavit. O felix & fortunata mulier, in quam*

DE-

## 20 M E D I T A T . D E

D e u s o p t i m u s m a x i m u s i n d e a b i p-  
sa aeternitate o c u l o s f u o s d e f a x i t ; s i c v t  
s e m p e r i n e i u s c o n s p e c t u f u e r i s , s e m p e r  
a b eo tanquam re f u a p o s s e s s a , & a p r i-  
mo conceptionis t u e m o m e n t o , v s q ;  
a d v i t e e x t r e m u m a b e o d e m a s s o c i a t a ;  
q u o d A n g e l u s quoq; v e r b i s i l l i s , q u i -  
b u s t e s a l u t a u t i exp r e s s i t , d i c e n s : D o m i -  
n u s i c u m , b e n e d i c t a t u i n m u l t e r i b u s ,  
Itaq; alienissima s e m p e r f u s t i a b o m -  
n i p e c c a t i m a c u l a , & o m n i m a l e d i c t i o -  
n e . N a qui grauibus peccatis obnoxij  
sunt , nec secum D o m i n u m h a b e t , nec  
a D o m i n o p o s s i d e n t , s e d p o t i u s a  
d i a b o l o h u i u s m u n d i p r i n c i p e : n a m  
v t a i t A p o s t o l u s : Q u i f a c i t p e c c a t u  
f e r u s e s p e c c a t i , a c p r o i n d e & d i a b o l i  
D e i n d e f e q u i t u r i n s c r i p t u r a . A b a t e -  
r n o o r d i n a t a f u m , & ex a n t i q u i s , a n t e -  
q u a m t e r r a f o r e t , id e s t , a b o m n i a e t e -  
r n i t a t e f o r m a t a f u m & p r a e d e s t i n a t a .  
Sic A p o s t o l u s loquens de se , alij q; san -  
ctis dixit . Q u i e l e g i t n o s a n t e m u n d i  
c o n s t i t u t i o n e n s i v t e f f e r u s f a n d i e s  
i m m a c u l a t i i n e s p e c c a t u s ; q u a n t o  
r a t i o n a b i l i s d e h a c p u r i s s i m a V i r g i n e  
d i c i p o t e r i t , e a m a D o m i n o a n t e m u n -  
d i c r e a t i o n e m e l e c t a m , v t e s s e r a n c t a  
& i m m a c u l a t a m a t e r v n i g e n i t u s f u i  
l i j ? E t s i m y s t e r i u m i n c a r n a t i o n i s , v t  
f e r i -

*Eph. 1.**Rom. 6.**Ephes. 1.*

## B. V I R G I N E .

21  
s c r i b i t B. P e t r u s a D e o a n t e c o n s t i t u t i o  
n e m m u n d i p r a e u i s s u m & d e c r e t u m  
e s t , & n o u i s s i m u s t a n d e m t e m p o r i b u s  
i n s a l u t e m h o m i n u m p a t e f a c i u m ; c u r  
n o n e r i a m r e c t e d i c i p o t e r i t h a n c b e a -  
t i s s i m a m V i r g i n e i / c u i u s i n t e r u e n t u  
i n e f f a b i l e h o c s a c r a m e n t u m c o m p l e t i  
d e b e b a t ) a n t e m u n d u m c o d i t u m p r e -  
u i s s a m , & p o s t e a e x t r e m i s t e m p o r i b u s  
m a n i f e s t a t a m ? S a n c t a m e r g o & i m m a -  
c u l a t a , v t d i c i t P r o p h e t a , d e c e t e s s e h a c  
D o m i n i d o m u m , h a n c c i u t a t e m D e i *Psal. 92.*  
q u a m a n t e o m n e m a l i a m c r e a t u r a m  
e l e g i t i n f u a m h a b i t a c u l u m , & s u i s  
m a n i b u s f u n d a u i t , s i c u t d e e o t e s t a t u r *Psal. 36.*  
P r o p h e t a . H o m o n a t u s e s t i n e a , & i p s e  
f u n d a u i t e m a l t i s s i m u s , q u a s i d i c e r e t .  
Q u i d m i r a m i n i h u i u s c i u t a t i s e x c e -  
l e n t i a m ? c u m i l e i p s e q u i e a m f u n d a -  
u i t , v o l u e r i t e a m i n m a t r e m e l i g e r e . S e  
q u i t u r i n s c r i p t u r a . N o n d u m e r a n t  
a b y s s i , & e g o i a m c o e p t a e r a m . Q u a e v e -  
r o a l i a s u n t h e a b y s s i , n i s i a b y s s i p e c -  
c a t i , a e t e r n a e m o r t i s & d a m n a t i o n i s ? i n  
q u a s o m n i e s A d a e f i l i j , t u m p e r n o x a m  
o r i g i n a l e m , t u m p e r a c t u a l e m q u o t i -  
d i e l a b u n t u r , & o p u s h a b e n t l i b e r a -  
t o r e ? V e r u m M a t e r D e i c o n c e p t a d i c i t u r  
a n t e a b y s s o s , e o q u o d a n t e q u a m i n il -  
l a s i n c i d e r e t , a D o m i n o f u e r i t p r a e s e -  
n a t a

uata & liberata , sicut sine illis fuerit  
concepta , & ab illi nihil amplius iuris  
in ea libi vindicari acceperit valde co-  
ueniens erat illa , cuius filius alios de  
bebat a peccato originali liberare , non  
esse eidem peccato obnoxia . Congra-  
bat quoque hominum creatorem ,  
quandoquidem futurus erat homo ,  
& uas ex homine , eligere matrem  
sanctam & innata cultrum , è quaille  
velut immaculatus agnus in mundum  
editus , omnes purgaret & mundaret  
à macula peccati : sicut & illam voluit  
esse humilem , vt ipse item misericordia  
humilis corda ex illa natus salutare ha-  
rum virtutum exemplum hominibus relin-  
queret .

6. CONSIDERA denique cùm  
DEVS in matrem suam M A R I A M  
omnium bonorum plenitudinem ef-  
fuderit , & supra omnes creature orn-  
nauit & honorauit , quanto devotionis  
affectione ea velut quoque à nobis coli  
& honorari . Si quæ enim in nobis est  
spes , si gratia , si talus aliqua , ea omnis  
sedundat suo modo ex plenitudine il-  
lius , ut pote quæ omnibus charismati-  
bus celestibus ac delitijs affluat . Plu-  
rimum vero nocuit humano generi  
viribus , ynaque saemina : yerum Dei  
rosti

nostri clementissimi beneficio , per y-  
num itē virum , yramq̄ seminā dani-  
num omne compensatum est , & qui-  
den maiorī secente : nam huius bene-  
ficij magnitudo longissimè excedit  
gratitatem diuinū : diuinus enim arti-  
fex D E V S , opus suum deforrarura  
& debilitatum , omnino in nihilum  
redigere noluit , sed potius magno cū  
fructu refecit , cōstituens in locum ve-  
teris Adami diuinorum mandatorum  
transfigloris , obedientissimum filiu-  
lum suum , & in locum peccatricis E-  
VAE , MARIAM virginem innocentissimam . Solus quidem C H R I-  
S T U S verè sufficiens fuit ad nostram  
redemptionem : ab illo enim omnis  
nostra sufficientia est . Sed tamen pro-  
pter nos conuenientius fuit , vt sicut in  
peccatione , ita etiam in redemptione  
nostra uterque sexus concorreret . Ve-  
re potens Mediator inter Deum & ho-  
minem est C H R I S T U S . I B S V S ,  
sed vehementer in eo homines timent  
dininam maiestatem . Vnde opus fuit  
alio mediatore ad hunc mediatorem ,  
non potuit autem excogitari oppor-  
tunior vel utilior M A R I A . Nihil  
ergo amplius habet humana fragili-  
tas quod reformandet ; nihil est , quod  
homi-

24 MEDITAT. DE  
hominem peccatorem retardare posse  
quoniam configurari audacter ad M A R I A M : in ea enim nulla austерitas, ni-  
hil terribile appetit, tota suauis est &  
dulcis; mansueta est & humilis ad au-  
diendum omnes quotquo ad eam re-  
currerint: potens est ad omnem impe-  
trandam gratiam, quam voluerit. Illa  
denique est, cui D E V S claves celestis  
thesauri concessit. Quid vero mirum  
eam factam custodem & dispensatricem  
thesaurorum eius? quae facta est  
custos virginis eius filii? & ita qui-  
dem facta est, ut pro benefacitione suo  
eum tractare posset, nec ille aliud face-  
ret, quam matre collibusset. Gubernat  
quidem D E V S omnia per sanctissi-  
mam animam atque humanitatem  
**C H R I S T I** Salvatoris nostri, tan-  
quam per Ecclesiae suae caput, a quo  
omnes gratiae & dona ad cetera huius  
corporis mystici membra deriuantur,  
sed vult omnia quoque transire per ma-  
nus M A R I A E, quae in hoc corpore est  
quasi collum, per quod a capite velut  
fonte omnium charismatum, in nos,  
qui sumus eius membra, omnes ce-  
lestium honorum riuli dismanant.  
Erant olim hominum pectora hoc in-  
flaxi desituta omnino arida & siti-

bunda

B. VIRGINE. 25  
bunda, atque ideo antiqui Patres cœ-  
lum complebant eiusmodi clamori-  
bus: *Rorate cœli desuper, & nubes pluat  
iustum, speriatur terra, & germinet  
Saluatorem, veniat fons viuus Verbi  
æterni, qui habitat in excelsis, & nobis  
suas salutares aquas communicet: sed*  
quis erit aquæ ductus, quis canalis, per  
quæ deriuentur aquæ, nisi ista in cuius  
persona scriptum est: *Ego quia si aque du-  
ctus exiui de paradiſo.* Kedie autem di-  
cit exiisse de paradiſo; nam tota huius  
magnoæ mulieris vita, inde à primis  
conceptionis initij, usque ad eius fi-  
nem, potius cœlestis fuit, quam terre-  
na. Hic fuit aquæductus ille, qui rece-  
præ è sinu Patris diuini fontis plenitu-  
dine, illum nobis produxit & commu-  
nicavit, ut illo degustato homines sub-  
leuarentur in codum. Vnde bene dixit  
Angelus: *Inuenisti gratiam apud D E-  
V M , quæ gratia non est aliud, quam  
C H R I S T U S ipse, quasi diceret: In-  
uenisti D E V M apud D E V M , filium  
apud Patrem, illa enim eudem filium  
genuit, quem Pater ab æterno genue-  
rat. Merito ergo de ea dici potest: Quod  
venerunt nobis omnia bona pariter cum  
illa, & innumerabilis honestus per ma-  
nū illas: illa enim fuit prima quæ suo*

*Isa. 42.*

*Ecccl. 24.*

*Sap. 7.*

B ex-

exemplo persuasit mundo virginitas, tem & castitatem: & illa est cuius ope & auxilio homines nobilem hanc vir tutem obtinere, & in carne fragili, mundi & puri ab omni macula conservatur. Ergo anima mea gratias age, gaude & exulta in Domino, cui placuit facere Matrem tam puram, tam pulchram, & tam sanctam. Lætare cū eodem Domino tuo, obsummam gloriam & laudem, quæ inde in suam diuinam redundat Maiestatem; tanta enim fuit eius bonitas ut tantos donorum, & gratiarum celestium thesauros sine ulla inuidia conferre voluerit in unam puram creaturam. Lætare deinde cum ipsa; nā cū Deus eam elegit in matrē, digna certè est omni honore, omni gloria, omni exaltatione. Lætare deniq; tecū, quia quicquid à Deo præstatum est huic benedictæ matri, id causa tuæ salutis factum est: voluit enim Deus eligere matrem in terra, vt caro ex ea assumenta, posset pro te pati, & te à dæmoni liberare tyranæide. Voluit esse totam pulchram, & ab omni peccati macula immunem, vt Maiestati sui gratior facilius pro te impetrare posset quamlibet gratiam. Voluit de aique plenam esse caritatem, vt iate, a

lios

liosq; peccatores magis esset clemens & misericors, benignè recipiēs omnes ad se confugientes: Non satis fuit tibi, mi Domine, vt te nobis dares in Patrē misericordiarum, & omnis cōsolatio nis, sed voluisti nos quoq; habere matrem misericordiæ, vt in securo eius finu, si quando ob lapsum aliquem ad eam perifugeremus, à iusta & pater nira tua defendereremur & custodiremur. Neq; dubitamus eam pro sua reverentia à te exaudiendam, cū nihil minus facere possit filius, quām ut exaudiat matrem, & pater filium dilectum. Quare, sicut Ecclesia in laudem Salvatoris canit: *Fælix culpa, que tales ac tatum meruit habere redemptorem:* ita poterimus dicere: *Fælix culpa, que tales ac tantam meruit habere redemptor matrem, tam sanctam, tam potenterem, tam misericordem.*

## C O L L O Q V I V M.

Mater beatissima, ô Virgo Virginum, quæ omnes angelos puritate, & omnes Sanctos misericordia ex cellis, oro te per immaculatā cōceptiō nem tuā, vt, sicut Deus, quo dignum essem Unigeniti filij sui habitaculum, te puram, & ab omni macula immunē

B 2 fer-

28 M E D I T A T . D E  
seruare voluit, sic ab eodem filio tue  
impetrare mihi velis peccatorum meo-  
rum veniam, & simul gratiam impa-  
trare omnem vitam meam omni me-  
tis puritate, cordis munditia, & corpo-  
ris castitate trahigendi, ut merear cum  
omni deuotione tuas laudes praedica-  
re, & in morte per benedictas manus  
tuas mundus, & ab omni culpa liber,  
Domino, & redemptori presentari,  
ad colendum & laudandum illum, &  
simul te matrem suam sanctissimam,  
per saecula saeculorum. AMEN.

### D O C U M E N T A .

PROLOG. I. **D**OMINVS possedit me in initio  
viarum suarū. Deus, quia nos  
creator es, simul legitimus Dominus es  
possessor noster es. Et tunc perfidēns  
possidet, quando nos diuini eius man-  
datis obsequimur, & in omnibus san-  
ctam eius voluntatem prestamus. Ve-  
nde peccatores, qui precepta Dei non ob-  
seruant, sed voluntatem diaboli fa-  
ciant, & parent legib[us] mundi, potius  
ab ipso diabolo, quam à Deo possiden-  
tur. Itaque homo peccator, si tanta  
commisseratione moueris, dum vide-  
sorpus hominis à maligno spiritu obse-  
sum

B. V I R G I N E . 29  
sum tam diro cruciatu exagitari, ha-  
beas quoque commiserationem, o ro, a-  
nimae tuae, qua à tot de monib[us] pessido-  
rum, quod peccatis mortalibus illam in-  
quinasti.  
2. **B E A T I S I M A** Virgo, quis  
semper à Deo possessa est semper pacata  
cum eius Matrib[us] habuit, & contra  
perpetuum inimicitiam cum demone.  
Hec sunt signa, ex quibus homo potest  
cognoscere, sine anima sua à Deo pos-  
sessa, an à demone? qui enim Domino a-  
licui seruit, necesse est, ut illum benevol-  
um habeat, et quod obsequatur vel fermi-  
dine penā vel virtutis amore. Quare  
quando quis sentit pium affectum erga  
Deum createrem suum, cum desiderio  
illi placandi, atq[ue] in omnibus rebus vo-  
luntatem eius presbendi, cum delectan-  
tis cogitationibus, colloquissq[ue] diuinis,  
seq[ue] libenter occupat in rebus, quas no-  
nuit Deo gratas, quando conatur pertur-  
bationes animi sui coercere, & ieiatio-  
nibus resistere, hec manifesta signa sunt  
eius animam à Deo possideri. Et inhab-  
bitari. Contra, quando quis magnaria  
voluptatem capit ex rebus huius mun-  
di, dignitatibus, delitiis & vanitatibus.  
quando sepe de eiusmodi cogitat, loqui-  
tur, magnog[ue] studio & sollicitudine illa-

## 30 MEDITAT. DE

fectatur & desiderat: sermones verbi de  
rebus divinis, ad salutem animis specula-  
tibus audit cum merore & amaritudi-  
ne conscientia, hae signa sunt & indicia  
claratalem possideri & regnum a Deo,  
sed a principe huius seculi, id est, domi-  
ne.

3. AB aeterno ordinata sum, & ele-  
cta a Domino. Si Deus ante res omnes  
elegit & predestinavit matrem suam  
ad tantum gloria dignitatem, ornanda  
eius dotibus & privilegijs, quibus nul-  
la unquam creatura cohonfata fuit;  
quid aliud inde colligimus, quam omnis  
homines debet eam post Deum super  
omnes alios sanctos colere & honorare,  
suamq; devotionem erga illam peculia-  
riter declarare, & inter reliquos san-  
tos in singulariorem aduocatam assu-  
me, ac ad eam in omnibus tam corpora-  
libus, quam spiritualibus necessariis  
confugre?

4. Scriptum est Dominum de hac sua  
sanctissima matre dixisse. In Irael ha-  
reditare, & in electis meis mitte radic-  
es. Hoc unum est certioribus electionis,  
& predestinationis divine signis est vo-  
luptatem aliquam ex dulcissimis hisce  
radicibus capere, hoc est, particularem  
erga beatissimam Virginem devotionis  
affe-

Eccles. 2.4.

## B. VIRGINE.

31

affectionem habere, eam immni studio, quo-  
ad fieri potest, colere & venerari, virgi-  
nicaq; eius virtutes, ac precipue humi-  
litatem, puritatem, caritatem & obedi-  
entiam imitari; secundum illud dictum  
sapientia in persona eius expressum. Qui Eccl. 2.4.  
elucidant me, vitam aeternam habe-  
bant.

5. Si DEVS ab omni aeternitate sue  
elegit & preparauit maiorem suam eä  
tantum dotibus & privilegijs. & spe-  
cialiter tam excellenti puritate, quanto  
nulli unquam concessa est: conceperat  
enim est sine villa peccati macula; & si  
a condito mundo usq; ad eius conce-  
ptionem tot figuris & waticinijs eam  
adumbravit. & pranunciatuit, isq; e  
eo solum quod receptura & corporali-  
ter deportatura esset in utero unigeniti  
eius filium: quanta preparatione &  
paritate opus erit illis, qui sanctissime  
Sacramenti beneficio in animis suis re-  
cepuri sunt, illum ipsum DEI filium,  
qui descendit in uterum Virginis.  
Quam mundum conuenit esse os illud,  
in quod ingreditur DEVS, quam pu-  
rum cor & animam illam, in qua ipse  
Deus habitat sit? Et si hac puritas omni-  
bus est necessaria, quanto magis Sacer-  
dotibus Domini, quin non solum Deum

B 4.

in

32 MEDITAT. DE  
in se recipiunt, sed quotidianie etiam man-  
bus suis tractant, alijsq; distribuunt. De-  
Isa. 12.  
hius enim speciatim scriptum est, Munda-  
mini, qui fertis vasa Domini.

6. Sicut Mater Dei sicut ab aeterno e-  
lecta, & prae destinata cum omnibus do-  
tibus, quas Dominus illi communica-  
vit: sic etiam ab aeterno Deus constituit  
creare omnes homines, & simul preor-  
dinavit omnes gratias & beneficia, qua-  
enamque deinceps a sua Matre satis-  
cepit, aut recepturus est. Vnde colligi-  
mus, quam immensa sit bonitas & cha-  
ritas Dei erga nos, & quam magna sit  
ingratitudo nostra erga ipsum: nam ille  
inde ab omnipotenti, quantumvis  
scelera & indignitatem nostram pra-  
videnter, cogitauit & decrevit nos omni-  
bus beneficiis afficere, quae nos deinde re-  
cepimus, nos vero à contrario à viten-  
tra initio non aliud vel cogitamus  
vel agimus, quam quomodo  
Deum offendamus, &  
inimicitiam affici-  
mus.

DE

33  
DE NATIVI-  
TATE BEATISSIMAE  
VIRGINIS MA-  
TRIS DEI.

MEDITATIO IL  
EVANGELIUM.

LIBER generationis I E S V Matth. x.  
Christi filij David, filij Abra-  
ham. Abraham genuit Isaac,  
Isaac autem genuit Iacob. Iacob  
autem genuit Iudah & fratres eius,  
&c. Iacob genuit Joseph virum  
MARIAE, de qua natus est I E-  
S VS, qui vocatur CHRISTVS.

FIGVRAE.

I. **E**V A data primo Adamo in so-  
ciam, nata est tota pura &  
innocens, à Deo ex ipsius Adami co-  
sta formata.

B. I. 2. ANNA.

34. MEDITAT. DE

z Reg. 1.

2. ANNA sterilis suis orationibus à Deo impetravit filium, quem se oblatum in templum ad ministram strandum Domino promisi.

PROPHETIAE.

Exalt. 6.

1. **V**IRGE est ista, qua progreditur quia aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinatae.

Num. 14.

2. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israbel.

Isa. 11.

3. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

CONSIDERATIONES.

**C**ONSIDER A quam ingens fuerit lætitia, quam tantæ Virginis dies natalis attulit mundo, quantus splendor ei accesserit ortu huius novi Solis, multò amplius quam Soliste materialis resplendētis. Et primò quidem lætati sunt angeli, dum videntia lucem editam illam, quæ eorum erat ruinās restauratura. Deinde lætati sunt & homines, quia nata erat illa, per quam opus redemptiois generis humani:

B. VIRGINE.

35

matri erat complendum. Lætati quoque sunt sancti illi Patres, qui sedebat in tenebris, cum intellegenter illam in mundum venisse, cuius opera librandi erant à tam diuturna duraquie captiuitate: Verum & peccatores magnam lætandi causam habent: quia hodie ingressa est in mundum illa, cuius interuentu remissionem peccatorum suorum consequentur: ipsa enim est fons exundans pietatis, & mater omnium misericordiarum. Cogita deinde speciatim, quantum gaudiū sint eius parentes sancti, Joachim & Anna, quod post tot sterilitatis annos in extrema senecta à DEO obtinuerint donum tam singulare pariendo unam filiam tam sanctam, tot virtutibus praeditam; debebar enim (quod iam à DEO eis erat reuelatum) omnibus mulieribus, quantumvis celeberrimis, quæ ante eam unquam fuissent, antecellere. O beatissimæ parentes, quibus tantum debent omnes creature; quia vestra opera tam excellens donum, omni alio dono antecedendum oblatum est creatori: O beatus Annæ venter, qui peperit hunc nouum cœlum, longè ipsis cœlis capacius. O beata ybera, quæ meruerunt

alimentum suppeditare nutrici eius,  
qui totum mundum alit, & pascit. Gau-  
deant ergo & caeli, & terra exultet; quia  
hodie portæ sterilium aperiuntur, &

*Ezech. 44.*

dianam illam virginemque portam  
pariunt, per quarā solus Deus Opt.  
Max. transire debebat, & ingredi in  
mundum. Exulta Anna sterilis, que  
non pariebas, ac pariter exulta tu quo-  
que loachime, quia ex filia tua na-  
tūrā filius cuius nomen est Emmanuel,  
hoc est, nobiscum Deus. Repleatur ter-  
ra laudis, & montes exlicantur; quia ho-  
die ortus est ille mons Dei altissimus,

*Ier. 7.*

qui superat omnes altos montes, & col-  
les: quia excedit omnem angelorum  
simul & hominum sublimitatem. Quo  
ex monte abscessus est lapis ille angula-  
ris, C H R I S T U S I E S V S , qui ex-  
cede deponens imperio sue Maiestatis am-  
plitudine totum mundum complevit.

*Dan. 2.*

Mons verè Dei, mōs pinguis, mōs coa-  
gulatus, in quo ipsi Deo habitare com-  
placuit. O miraculum super omne mi-  
raculum: mulierē anteferrī altissimis  
Seraphinis, & Deum mundo apparet  
ipsis angelis minorē. O filia sacerdotalis  
que maternorū vberū lacte nutrita es,  
& vndeque angelis circundata. O filia,

*Psal. 67.*

de-

decus & ornamentum, ab omnibus ge-  
nerationibus, (uti benè de te ipsa dixi-  
sti) prædicata & scelis pronunciata. O  
filia super omnes alias Deo digna, hu-  
manæ naturæ pulchritudo, & omni-  
um malicerum ornamentum, que pru-  
dentia tua erat primæ matris Euæ  
correxisti, & omnibus alijs feminis  
vivum honestatis, virtutumque om-  
nium speculum fuisse. O rosa intra lu-  
daici populi spinas exorta, cuius diui-  
na fragranzia, odorque virtutum per-  
terum orbem terrarum diffusa est. O  
turtur castissima, cuius optata vox ce-  
pta hodie audit in terra nostra, oœs  
nous & incredibili laetitia complevit,  
quæq[ue] natali tuo vniuersæ hominum  
fatuæ scelis principium fecisti. Merita  
igitur exultat Ecclesia sancta, quia ho-  
die sponsa, mater eius nata est, regi-  
na mundi, fenestra ecclesi, paradisi por-  
ta, tabernaculum Dei admirabile, &  
scala illa ecclesiæ, per quam supremus  
Rex exinaniens se descendit, & homo  
ad terram adest etus se erexit, & ascendit  
in coelum. Hodie quoque apparuit,  
stella matutina, illa aurora consurgens  
quæ attulit iustitiam solem suis radijs to-  
tum orbem collustratæm; stella illa de  
qua dixit Propheta: *Orietur stella ex Num. 24.*

B 7 L 4

## 38 MEDITAT. DE

*Iacob.* Hodie denique nata est illa pulcherrima Virgo, è cuius virginali thalamo tanquam sibi filius egreditus est speciosus supra omnes filios hominum. Exultemus ergo & nos, gloriamus, & triumphemus, dicamusq; cum Ecclesia: *Natuitas tua Dei genitrix Virgo, galilaeum annunciat usque in eum mundo exte. n. ortus est solis filius Christus Deus noster, qui solvens maledictionem, dedit nobis lenedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempernam.*

2. CONSIDERA quanta fuerit huius virginis nobilitas; nam eius progenitores tanto splendore natalium effluuerunt, vt longissime omnes alias stirpes & prosapias, licet clarissimas excserent, de qua nobilitate scriptum est in persona ipsius virginis. *Et radican in populo honorificato.* Vbi considera, populum, à quo quis originem trahit, quatuor de causis posse dici honoratum. Primo ex nobilitate. Secundo ex potentia & opibus. Tertio ex sapientia. Quarto ex sanctitate, quibus de caussis totus populus Iudaicus illustrior fuit ceteris omnibus. Et primò quidem ob nobilitatem generis, quia à magnis illis patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob qui prima populi Hebrei fundamen-

B. VIRGIN. 39  
ta iecerūt, originem traxit, deinde consequentibus temporibus à tot regibus iudicibus, illustribus belli ducibus, è quibus CHRISTVS Dominus noster descendit, & secundum carnem natus est. Ad Abrahamum enim promissio illa à Deo facta est, quod in semine ipsius (quod est CHRISTVS) Gen. 28. benedicerentur omnes gentes, & quia Saluator noster substantiam carnis sumpsit ex beatissimā Virgine, certum est illam quoque ex eadem Patriarcharum stirpe descendisse, & quidem è regia tribu Iuda per David pri-  
mum eius regem, sicut bene dixit Propheta: *Egredietur virga de radice Iesse. Isa. 11.* quæ virga aliud non fuit, quām sanctissima virgo nata ex stirpe David, cuius Pater fuit Iesse. Deinde fuit hic populus in magno honore, obsummam eius tum in armis, tum in operibus parentiam, vt appareat in eius excelsu ex Aegypto: *In manu potenti & Ipsi. 73.6. brachio excelso, & in ingressu in terram Ios. 2.* promissionis, ybi duce Iosue eiecit Cananeos, suisque vietricibus armis triginta reges expugnauit & occidit; vt omittam alias permultas victorias à varijs Regibus & Iudicibus, vt resert Scriptura, ex hostibus relatæ. Adhæc quan-

40 MEDITAT. DE  
quanta opum eius esset gloria, illustre  
testimonium suppetit ex eadem scri-  
ptura, commemorante anno Salomo-  
nis, in nullo pretio fuisse argētum, vt  
pote cuius tanta fuerit Hierosolymis  
cōpia quanta lapidum, & arborū syl-  
vestriū; præter immensam cōpiam  
aliarum rerum, quibus populus ille  
abundabat. Tertio fuit populus hic ce-  
lebratus ob sapientiam: nam in ceteris  
nationibus, non nisi vmbra qua-  
dam sapientia, eaque terrena tota &  
animalis exstabat. Sed in hoc populo  
electo floruit vera & coelestis sapientia:  
quam non caro & sanguis, sed Pater  
coelestis reuelauit, secundū illud. *Omnis  
sapientia à Domino Deo est.* Hac diuina  
sapientia inspirati sancti Prophetæ mul-  
ta vera dogmata pronunciārunt, haec  
imbutus sanctus rex David tot Psal-  
mos Propheticō spiritu, & cantica in  
laudem Dei. C H R I S T I & Ecclesie  
scripsit. Post illum verò filius eius Salo-  
mon tanta ornatus fuit sapientia, vt Regi-  
na Saba ex ultimis terræ finibus ve-  
nerit eius visendi & audiendi causa: &  
postquam vidit & audiuit admiranda  
eius opera dicit scriptura, quod ex ni-  
mio stupore nō habuerit ultra spiritū.  
Denique in maximo honore fuit hic

popu-

*s. Reg. 10.*

*Ecccl. 2.*

*s. Reg. 10.*

B. VIRGINĒ. 41  
populus ob sanctitatem, & virtutum  
excellētiā: nam cū omnes alij po-  
puli dediti essent immūndo idolorum  
cultui, varijs que flagitijs, & innumeris  
dæmonum superstitutionib⁹, in hoc se-  
lo populo vera virtus, vera religio, ve-  
ræque & sanctæ ceremoniæ ac sacrifici-  
a inueniebantur. Huic populo Deus  
visibiliter è celo legem dedit, huic fa-  
miliariter locutus est, & in omnibus re-  
bus fauore & auxilio adfuit. Vnde me-  
ritò dixit magnus ille dux Moses: *En Deut. 4.*  
*populus sapiens & intelligens, gens ma-  
gica: nec alia est natio tam grandis, que  
habeat Deos appropinquantes sibi. sicut  
Deus noster adest cum nobis obsecratio-  
bus nostris.*  
3. C O N S I D E R A etiam si beatissima  
Virgo à suis antiquis Patribus ob-  
tantas eorum prærogatiwas nobilitata  
fuerit: nihilominus illa suis excellenti-  
bus diuinisq; virtutib⁹ maiorem  
suis progenitoribus splendorem attu-  
lit, quam ab illis recepit. Vnde sicut pre-  
tiosa gemma annulo aureo inserta au-  
get eius lucem & splendorem, sic ex-  
cellentes & amplæ illæ tam naturæ  
quam gratiæ dotes cum nobilitate san-  
guinis in Maria coniunctæ, totam eius  
firpem multæ clariorēm illustriorēs  
redi-

## 42 MEDITAT. DE

reddiderunt. Similiter quod ad potentiae prærogatiuam attinet, in hac quoque virgine longe excellent: or exstisit illa enim sola vicit & contrinxit caput antiqui serpentis: cuius potentia tan-  
ta est, vt nulla potentia (vii scriptum est) in terra ei comparari possit. Fuit quoque MARIA omnibus opibus, non terrenis, sed coelestibus instruic-  
tissima: hæc enim (vt dicit quidam san-  
ctus) sunt veræ opes, quæ hominem  
locupletem reddit, non auro & ar-  
gento, sed virtutibus. Donum item  
sapientiae in hac dignissima Virgine fu-  
it copiosissimum, & longe præstantius,  
quam in omnibus eius maioribus:  
fuit enim completa qualis sapientia pe-  
lego, quādō verbum æternum, in quo  
reconditi erant omnes sapientia & sci-  
entia Dei thesauri, in bea-  
tissimum eius uterum descendit. Denique quod  
ad sanctitatem attinet, hæc beatissimavir-  
go non est tantopere nobilitata à suis  
maioribus, quantoper illa tua singu-  
lari & excellenti sanctitate illustravit  
& ornauit suos maiores, quanta enim  
sanctitate prædictam suisse arbitramur  
illam è qua natus est sanctus sanctior  
illam, inquam, quæ penitus semper  
fuit inuicta corpore & spiritu & ab om-  
ni

*Gen. 3.  
Iob 4.c.*

*Col. 2.*

## B. VIRGIN.

43  
ni peccati macula libera, illustri qua-  
dam virtutum corona adornata illam  
quæ anè sancta fuit, quæ nata, tucq;  
admirandæ sanctitatis splendore, lon-  
gissime omnem mortalem nobilita-  
tem superauit. Unde quæ hancau-  
gatissimam virginem, non tam pro-  
genitorum suorum nobilitate amplio-  
rem gloriam accepisse, quam ipsi po-  
tius maius decus & ornamenti attu-  
isse. Neque mirari debes, eam, quæ ex  
tam illustri progenie oriunda erat, in  
tanta paupertate vixisse, vt cùm esset  
Dominum orbis paritura, nō inuenie-  
rit nec dueretur, nec locum vllum  
in quo posset hoc cælestis pignus de-  
ponere, nisi sordidū quod dām stabu-  
lum, & contemptum præsepium: nam  
ita ordinata, & disposita erat alissima  
prudentia eius, qui gubernat omnia  
volens, ut exemplum daret homini-  
bus vivendo & moriendo in extrema  
paupertate. Pauper ē quoq; eligere vo-  
luit Matrē, vt quo profundior esset e-  
ius humilitas in vilitate stat⁹, hoc am-  
plioris gratiæ capacior esset. & in cæle-  
stigloria euclericus sublimi⁹: neq; n-  
unquā supra oēs angelorū choros ex-  
altata fuisset, ni si infra omnes homi-  
nes humiliata fuisset. Verum cōsidera  
ad.

44 MEDITAT. DE  
ad quantam humilitatem se filius al-  
tissimi propter te dimittere volueris;  
dum non solum nasci vult ex matre,  
secundum mundi conditionem, pau-  
pere, inopis fabi lignarij rxe, & quila-  
bore manuim vicitum parabat, verū  
etiam cū pess' & progenitores elige-  
re iustos & sanctos, permisit in sacram  
sanctuarie inferi multos pe-  
ccatores & sceleratos, iēmō nullam in  
ea refectionem fecit nisi diuersum sancta-  
rum, sed tantum quarundam peccanti-  
cum & infamium. Neque mirum est,  
cum de deo nō habuissē, à pa-  
tribus peccatoribus originem ducere,  
cū non puduerit eū ignominiosissi-  
mū in crucem agi & mori pro homi-  
num salute. Voluit quoque ea rede-  
monstrare, quanquam amatet non iam  
peccata, sed peccatores nam quandiu  
in hac vita fuit, profectus fuit se specia-  
tim ad illos vocando venisse, & idēo  
cum illis quoque sēpius consueratus  
est, & comedit: immō illos facit ci-  
bū suū, vt illos divini spiritus sui  
participes faceret. O bonitas Dei inef-  
fabilis, quot artibus vtitur ad inflam-  
mandos peccatores, vt confidenter ad  
ipsum configuant, quandoquidem ta-  
les voluit habere progenitores. Quid  
igitur

B. VIRGIN E 45  
igitur moramini o peccatores? eur re-  
formidatis adire illum, qui cūm esset  
filius Dei, propter vos voluit fieri ve-  
ster filius? O anima infelix, quam tot  
blanditiae emollire nequerunt. O cor  
vere adamatum, quod tanta amoris  
vi non strangeris, neque ad pœnitentiā  
commoueris.  
4. CONSIDER A sanctissimum  
ducessimumque B. Virginis nomen,  
nam Muia varijs linguis exponi solet.  
Primò, secundum Hebræos significat  
stellam maris, vel mare amarum. Se-  
cundum alios, Dominam, vel, exalta-  
tam. Rursum iuxta alios, illuminatam  
vel illuminatricem, & populi Magi-  
stram. Et certè omnia hæc nomina, &  
illustres eorū significaciones optimè  
conuenient in illam. Est enim illa cla-  
risima stella, que ex speciali gratia in-  
ter hiūs turbulenti facculi vndas res-  
plendet. Hæc est stella stellarum, cuius  
diuino lumine ducti homines, & con-  
fortati securi per hoc magnum & spa-  
tiosum mare ad coelestem patriā tran-  
seunt. Quæ stella si non esset, quid ali-  
ud superebet in mundo, nisi densa ca-  
ligo, umbra mortis, & tenebræ obscu-  
ritam? Conuenienter verū MARIA  
comparata est stellæ; nam vt stella in  
*Eccles.*  
firma-

## 46 MEDITAT. DE

firmamento collocata est super orbem planetarum; sic beata Virgo virtute & perfectione altissima est, omniumque aliorum Sanctorum sublimitatem, siue angelorum, sive hominum excedit. Conuersatio quoque eius semper fuit sublimis & caelestis, sicut in persona eius scriptum est: *Ego in altis sum habitanus.* inde illa est ipsum calum, in quo autor & Dominus caelorum sedem suam elegit. Præterea sicut stella, sine villa sua perfectio nis iactura radios emittit; sic MARIA sine vilo Virginitatis sua detinendo filium suum peperit: radij non imminuerent stellarum claritatem; nec Virginis integratam filius. Hæc est nobilis illa stella orta ex stirpe Iacob cuius radius mundana collufrat, cuius splendor emicat in cælis, infernum penetrat; & per terram diffusus potius corda & mentes quam corpora calefacit, conservat virtutes, dissipat & consumit vitia. Hæc denique est illa illustris & nobilis stella, quæ supra hoc mare nostrum exalata, per eximia merita relucet, ratisque virtutum exemplis totum orbem illuminat. Secundò nomen MARIA significat mare amarum. O quoniam si quoniam amara fuerunt dolorum & tribulationum aquæ quæ vsque ad tuam sanctissimam am-

*Ecccl. 24.**Num. 24.**Ruth. 1.*

## B. VIRGINE.

47  
mam penetrarunt o Virgo beatissima, quam magis tenoribus concussa fuit mens tua, quot doloris cultri tum cum transfixerant? Verè omnes afflictiones, cruxesque martyrum fuerunt quasi guttulae aquarum dulcium sed dolores tui, o Regina martyrum, fuerunt quasi mare ipsius illuminum, & amarillum. Neque mirum. Nam sicut tua charitas & amor erga CHRISTVM filium tuum, longe excessit omnem aliam charitatem & amorem creaturarum: sic dolor quem ob eundem filium tuum pertulisti, omnem alium dolorem, omneque martyrium excessit. Tertio hoc nomen MARIA, interpretatur Domina, vel exultata, & admodum congruente: illa enim nulli puræ creatura subiecta est: quomodo enim potest subiecta esse creaturæ illa, quæ est mater creatoris? mater eius, qui est Dominus omnium creaturarum? Unde, & quia genuit creatorem, & Dominum orbis, facta est Domina omnium creaturarum. Quare & in persona eius recte simile tripliciter est. In omnigenite & per primam tantum habeat. In nomine que relinet, non modo facti est omnium creaturarum Domina, sed ipsius quoque creatoris; na-

*Ecccl. 24.*

de

## 48 M E D I T A T . DE

Lxx. 2.

de C H R I S T O D . N . scriptum est: *Et erat subditus illis*, id est, M A R I A matris sue, & ratione illius etiam Iosepho. Ac certè congruens erat, illam, quæ se humiliarat infra omnes, exaltari supra omnes & fieri Dominam omnium, Imperatricem cœli, Reginam Angelorum & hominum, immò usque ad inferos, super omnes aduersarios imperium eius extendi & dilatari. Deniq; hoc nomen M A R I A significat illuminatam vel illuminatrix eam & magistram populi. Quod enim lumen ponit deesse illi, tuum pro ipsa, tum pro alijs quibus illud communice poterat, in cuius sacratum vētrem sensus lucis descendit, vera illa lux quæ de cœlo delapsa est ad illuminandos homines in hunc mūdum venientes. Hæc diuina lux prius illuminauit & impleuit Matri mentem, quām ventrem: prius illustrata est à Spiritu sancto pro sua instruōne, vt ipsa postea esset illuminatrix & magistra aliarum, & ideo recte ei dixit Angelus: *Spiritus sanctus superueniet in te*. illa enim andeat Spiritu sancto plena per suam sanctificationem, postea autem ipse Spiritus maiori abundantia illi superuenient ut nos de eius plenitudine partipemus

mw

## B V I R G I N E

49

mon. Hæc est illa aurora, quæ prius illuminata à Sole, incepit luminis in radios in terram extendere, hominesque exticatae, vt à somno exurgant, & madum operi admoueant. O quot peccatores sonno peccatorum sopiti manarent, quot animæ interirent, si huius benignæ auroræ radios non præuenirentur & illuminarentur; vt operibus tenebrarum relatis, inducent le armis lucis bonisque operibus vacarent, donec verus Sol C H R I S T U S per gratiam suam in eorum cordibus renascatur? M A R I A igitur vere illuminata, & vera nostra illuminatrix ac magistra, cuius scientia & sapientia tanta exstitit vt Dominus ex hoc mundo discedens illam in suum locum substituerit, vt non modò Apotholorum, omnium que fidem esset Magistra, verum etiam esset perpetua lux Ecclesie lucerna, ad illam contra omnes huius mundi tenebras & errores illuminandam. Itaque similis est miraculoſe illi columnæ, quām legimus ducent suis sepopuli Israclitici per desertum, interdu quidem sub forma nubis, vt eū rueretur aduersus radios & astrum Solis, quod vero in forma ignis, vt splendor huius illi commonstraret iter. Non

Exod. 13.

C se-

Lxx. 2.

Cant. 6.

secus MARIA hæc nostra vina & versa columnæ, omnibus nobis in hac peregrinatione versantibus, est inslubis, vt nos tueatur ab ardore diuina indignationis, & diabolicarum tentationum incendio. Est quoque columnæ ignis, ob multa misericordia exempla erga genus humanum demonstrata. Columna verè ignea, quæ non solum in terra nostrarum mentium tenebras dispulit, peccatorum nostrorum glaciem dissoluit, & corda diuina amo et accendi; sed in celo quoque illuminavit, & inflammat angelos, suoq; splendore vniuersam ciuitatem Dei exhilarauit.

5. CONSIDERA extrema verba, hoc est, *Iacob genuit Ioseph virum MARIE, de qua natus est IESUS.* In Euangelio tantum fit mentio genealogiæ Iosephi, & non CHRISTI, quia Dominus in terra non habuit patrem, sed tantum Matrem: non conveniebat autem Genealogiam Matris describi, quia consuetudine Scripturae virorum tantum, & non mulierum Genealogia ratio habetur, licet in Genealogia virorum, mulierum quoque generatio continetur. Erat

E. VIRGINE. 51  
caim mandatum Legis, ne quis nisi è Num. 36. tribu sua & parentela vxorem acciperet. Quoniam ergo Ioseph originem habebat e tribu Iuda, perspicuum quoque erat MARIA sponsam suam ex eadem tribu, regisque stirpe David fuisse, ac proinde ex eadem quoque erat CHRISTVS Dominus noster ex ipsa natus. Nunc considera illa verba: *De qua natus est IESUS.* Vbi nota Euangelitam post nominatos in eius genealogia, tot Patriarchas, Reges & Prophetas, tandem sub fine, atque si omnium virtutum & perfectionis, quasi summa vellet indicare, nominasse sanctissimam Virginem, & addidisse, ex ea CHRISTVM natum: veniam significaret, quemadmodum sola ipsa fuerat ad tantam dignitatem electa, sic omnibus alijs sanctis in virtutum copia antecelluisse, quarum perfectiones in ea, tanquam in compendio sublimiori quadam ratione comprehensæ tuerint, sicut in persona eius scriptum est: *In plenitudine sanctorum detinio mea, in plenitudine omnium perfectionum in sanctis existentium meum fundamentum collocavi.* Quare necesse fuit, vt diuina Scriptura specialem quorundam San-

## 52 MEDITAT. DE

etorum, ut S. Ioannis, S. Petri & Pauli  
&cæt. Faceret mentionem, vt eorum  
virtutes ac merita hominibus inno-  
scerent: de hac autem excellentissima  
Virgine, si aliud nihil scriptum fuisset  
quam hæc verba, *De qua natus est IESVS*, satis fuisset, ad intelligendum totamque eximias virtutes in illa colle-  
gas fuisse, quæ nulla humana lingua,  
sed nec angelica explicari possint. Quæ  
enim sanctitas, quæ iustitia, quæ reli-  
gio, quæ alia perfectio potuit esse.  
**M A R I A,** quæ plena fuit ipso fonte  
autoreque diuinæ gratia? Vnde si ho-  
minum matres tanto maiori honore  
& reverentia dignæ reputantur, quæ  
illorum filij celebrieres & maiores  
sunt in mundo, quanto honore & re-  
verentia digna erit, & omnibus ante-  
ferenda cœraturis, è qua natus est non  
Rex, vel Imperator terrenus, sed Deus  
Rex cœli, & Monarcha vniuersitatis.  
Læta-  
re ergo anima mea, quia in hoc die na-  
ta est nostra Regina, imò mater no-  
stra: nam postquam Dominus tuus  
volutus nascendo ex illa fieri noster fra-  
ter, illa pariter facta est nostra mater.  
Et primò quidem est Mater, quia nos  
genuit, largiendo nobis per filium su-  
um esse spirituale gratiæ, quod longe

per-

**B. V R G I N E.** 53  
perfectius est esse naturali: quare me-  
ritò vocatur mater Ecclesie, & mater  
gratiæ. Secundò vocatur mater ob di-  
gnitatem, sicut Superiores & Maiores  
nostros, à quibus gubernamur, voca-  
mus Patres: illa enim est Domina no-  
stra, & pariter angelorum supra om-  
nes benedicta. Tertiò illa est mater,  
ratione affectus singularis in nos, nam  
materno quodam pietatis affectu semi-  
per conatur nobis in omnibus necessi-  
tatisibus adesse & opitulari, & à filio  
imperare omnia dona & charismata  
ad salutem nostram necessaria; specia-  
tim autē solet nobis adesse in morte;  
ne à dracone illo infernali ( qui illo tē-  
poris articulo grauiter solet esse in fa-  
stus) rapiamus & absorbeamus. Tu ter-  
go anima mea, ne ingratis & indig-  
na tanta Matre, intimo cordis tui affe-  
ctu te ad illam conuerte, eamque ve-  
lut dulcissimam, amabilissimamque  
matrem amore filiali ardenter amas;  
nec unquam eam laudare, omniisque  
honore & pietate reverenter intermitte,  
vt cum demonstraueris te piam & de-  
voutam esse illius filiam, se quoque de-  
monstraret tuam esse bonam & miseri-  
cordem matrem.

**6. CONSIDERA,** quoniam tanta

C 3 est

54 MEDITAT. DE  
est huius nobilissimæ Virginis perfec-  
tio & excellëtia, quam bene filii His-  
rusalem quasi admirabundæ dixerint.  
**Quæ eß ipsa, quæ orisur quasi aurora**  
**confurgens pulchrauit luna, electans Sol,**  
**terribilis ut castorū acies ordinata? Ve-**  
**rè apparuisti in mundo, Virgo benedicta,**  
**instar respéctis auroræ quædico**  
**to sanctitatis splédoem in ortu tuo pra-**  
**uenisti splendorem Solis veri. Et me-**  
**rito debuit claritas tua principium da-**  
**re diei salutis, diei remissionis & indul-**  
**gentiæ, & illi diei, quam fecit Dominus,**  
**in qua tolli cœpit totius humani**  
**generis opprobrium, publicariq; pax**  
**hominibus bonæ voluntatis. Foelix au-**  
**rora, quæ tam fausti diei fuisti nuncia.**  
**Quam bene diei cum tali aurora, & au-**  
**roræ cum tali die conuenit! atq; etiam**  
**quam bene explesti officium auroræ!**  
**Nam Sol iusticiæ ex te nasciturus, suam**  
**nariuitatem præueniens, radios lucis**  
**sue ante te emisit, quibus illustrata po-**  
**testates tenebrarum depulisti ab Eva**  
**introductas, atque ita in mundum so-**  
**lem illum tantoper ab omnibus gen-**  
**tibus desideratum induxisti. Aurora**  
**quoque officium exercuisti, quia sicut**  
**aurora media est inter diem & noctem**  
**solemque antecedit: sic tu es fidelis**

ms.

Cant. 6.  
A. 9

55  
mediatrix inter Deum & peccatores,  
tuoque ortu annuncias aduentum  
Saluatoris exte nascitur. De te etiam  
dicitur, quod pulchra sis vt Luna, &  
merito; nam sicut Luna omnibus a-  
lijs stellis est similior Soli, suoq; tri-  
rifido candore omnes vincit, atque et-  
iam ob lumen à Sole acceptum nobis  
maiores lucem communicat: sic tu,  
vt imago expressissima veri Solis tua  
punitate virginæ inter mille stellarum  
Deo continuò affistentium myriades,  
suprà omnes gloriösè resulges. Luna  
luminis solaris particeps facta, noctis  
illustrat tenebras: tu quoque claris-  
simis virtutum, quas Dominus tibi  
communicauit exemplis, homines ad-  
te imitandum prouocas, & nostrar-  
noctis caliginem luce tua dispellis, qui  
enim tuis insistunt vestigijs, non am-  
bulant in tenebris, sed lumen vitae in-  
veniunt: immo tu multo pulchrior es  
Luna, quia tota pulchra es, & nulla ma-  
cula est in te, quæ tamen est in Luna.  
Denique electa es vt Sol, non vt noster  
Sol, sed vt verus Sol, huius solis crea-  
tor, de quo, sicut scriptum est, quod e-  
lectus sit inter multa virorum millia, sic  
tu electa es inter multa mulierum mil-  
lia. Et sicut Sol radios lucis sue tam su-

Cant. 8.

C. 4. pra-

## 56 MEDITAT. DE

præ se verius calum & stellas, quām at  
inferiores terre partes emittrit, sicut  
beneficiorum tuorum splendore, non  
solum terram adimples gratia, sed ca-  
lum quoque gloria. Homines enim in  
mundo gaudent se opera tua interve-  
niente liberatos, & Angeli in celo, su-  
um numerum te mediatrixe restaura-  
tum. Postremo es terribilis ut caffroni  
acies ordinata. Maximo enim timore  
& terrore cōcussi sunt tenebrarū pri-  
cipes, quando præter omnem morem,  
supraque humanæ naturæ vires con-  
tra se procedentes viderunt mulie-  
rem tot armorum generibus instru-  
tam, mulierem tam fortem & in bel-  
lo exercitatam, accinctamque gladio su-  
per se mur contra timores nocturnos,  
& in circuitu eius spiritualium coelesti-  
umque virtutum validissimum exer-  
citum. Tunc potestates illæ infernales  
magno pauore & formidine perterrefa-  
ctæ procul dubio intra se dixeré. Unde  
tantum robur; unde fortitudo illi ma-  
jor quām Eusefugiamus. Hi enim Dei  
sunt exercitus & castra. Verum tu o no-  
bilis bellatrix, prima omnium in hoste  
viriliter insiliisti, qui initio decepit, &  
vicit primam matrem Euam, illi con-  
trivisti caput, illum principio expug-

*Cant. 3.**Gen. 32.*

## B. VIRGINE.

nastis quare perterrefactus hostium  
exercitus, videns cæsum helli ducem,  
dilapsus in fugam se recepit. O quām  
foelix nobis fuit hæc mutatio. E V A  
in MARIA, mulieris imbecillis  
in tam fortem, matris crudelis in mi-  
sericordem: E V A enim nobis fru-  
ctum mortis porrexit; MARIA ve-  
rò fructum attulit vita. Eua come-  
dens de arbore vetita, fructum dedit  
marito: contra MARIA nobis dedit  
panem Angelorum, illum panem vi-  
uum de celo descendenter, ut deriv-  
tam mundo. Eua fuit mater carnis, *Ioh. 6.*  
mater peccati, exili, omnisque miseria  
nostræ: MARIA est mater spiritus,  
mater gratiæ, mater omnium miseri-  
cordiarum, omniumq; bonorum no-  
strorum. EVA iam Dei prouocauit,  
mortem hominibus attulit, & diui-  
nam gratiam perdidit. MARIA con-  
trà nos Deo reconciliauit, vitam resti-  
tuit, & gratiam ab Eua amissam inue-  
nit. EVA fuit opprobrium & dedecus  
omnium mulierum. MARIA est  
omnium mulierum decus, splendor,  
& ornamentum. Eua ob superbiam  
suam vista est à dæmone. Maria au-  
tem sua humilitate vicit dæmonem.  
Denique omnes maledictiones, qua-

C 5 cul-

**M E D I T A T . D E**

culpa Euæ in caput nostrū reciderunt,  
omnes sunt Mariæ benedictione sub-  
latae & antiquatae. Quare verè de ea ca-  
nit Ecclesia, *Sumens illud duc, Gabrie-  
li ore, funda nos in pacem, mutans Eas  
nomen.*

**Cant. 6.**

7. 1 A M. verò cui rei poterimus te  
assimilare mater omnis pulchritudi-  
nis? quia omnium delitiarum hortus  
es, hortus ille vndiq; conclusus, num-  
quam peccato infectus. Tu es instar  
hortuli affabre constructi, hortus san-  
ctis aromatibus plenus, & manibus  
illius celestis hortulanî concinnatus,  
ac varijs pulcherimisque omnium  
virtutum floribus vestitus: quorum  
odore suauissimo totam domum Dei  
complex & cōfortas. O Maria viola hu-  
militatis, liliū castitatis, & rosa charita-  
tis. Merito in hoc hortulo tuo exortus  
est speciosus ille supta omnes paradisi  
flores, in quo requieuit spiritus Domi-  
ni. Tu verè es paradisus Dei, quia mu-  
ndo produxisti arborēm vita: de cuius  
fructu, quicunque comederit, viuet in  
æternum. Produxisti item fontem vi-  
uum. ex ore alçissimi prodeuntem, &  
per sacrum ventrem tuum scaturien-  
tem, qui in quatuor deinde partes ad-  
rigandam totam terræ nostræ aridæ &

**Cant. 2.**

**Ecol. 24.**

culpa Euæ in caput nostrū reciderunt,  
omnes sunt Mariæ benedictione sub-  
latae & antiquatae. Quare verè de ea ca-  
nit Ecclesia, *Sumens illud duc, Gabrie-  
li ore, funda nos in pacem, mutans Eas  
nomen.*

**B. V I R G I N E .**

95

desertæ faciem diuisus est. O quan-  
tum genus humanum Mater sanctissima  
firma tibi obstrinxisti, quod merueris  
esse aqueductus aquæ tam salutaris  
pro nobis. Olucidissima lampas, qua  
tot homines illuminasti & exhilarasti,  
tantumque diuinæ gratiæ splendo-  
rem iucundo tuo Natali attulisti sedē-  
tibus in tenebris & umbra mortis. O  
dulcis, ô pia, ô verè amabilis MARIA,  
cuius dulcissimum nomen à diectis  
tuis audiri non potest; nisi misericordie re-  
crecentur. Fueristi quoque ô beatissima  
Virgo, ad imitationē tui filij, nomine  
novo appellata, quod ore Domini no-  
minatum est per angelum, quando ti-  
bi dixit. *Nostimes Maria, Hoc sanctissi-  
mo nomine te ornauit Pater æter-  
nus, quod post benedicti filij tui no-  
men, est super omne nōmen, ut in no-  
mine quoque MARIAE omne genu-  
flectatur celestium, terrestrium & in-  
fernorum, & omnis lingua confitea-  
tur huius benedicti nominis gratiam,  
gloriam & virtutem; quia post no-  
men dulcissimum IESV, nullum a-  
liud sub celo hominibus datum est, à  
quo tanta salus, tantumq; præsidii hu-  
mano generi prouenerit. Quare illa ip-  
sa verba q; tu dixisti de dilectio tuo spon-*

**C. 6** **fo.**

## 66 M E D I T A T . D E

Cant. i.

Ecccl. 24.

so, Oleum *effusum nomen tuum*, posse quoque ille admodum conuenienter pronunciante de te, dicens: *Vnguentum effusum nomen tuum*. Dulce enim nōmē tuum aliud non est, quām pretiosum vnguentum, ex varijs aromatisbus, cinnamono, balsamo & myrra electa compositum: de quo scriptum est, quod per vias suauissimum sparcat odorem. Recrissimè autem nōmē tuum assimilatum est vnguento aromatico: nam vt vnguento non solum bonum odorem reddit, sed etiam medicina est, quia calefacit, emollit & confortat, ea quæ partes, in quos effunditur, lucidas & splendidas reddit: sic gloriosum nōmē tuum quoties nominatur, odorem suauem sanctitatis, omniumque virtutum reddit; simulq[ue] medicina est, ita instar opulentę pharmacopolię est, in qua omnia antidota pro sanādis cuiusq[ue] generis morbis (a spiritualibus, quā corporalib. continetur. Vnde si quando contingat hominem in se sentire cor frigidum & aridum, omni deuotionis desitum affectu, vel rerum diuinarum sensu, & memor nominis MARIAE in mentem reuocārit rara virtutum eius exempla, mox sentiet se inter' accēdi, & affectu

de-

## B. V I R G I N E.

67

deuotionis, imitationisque desiderio inflammari. Similiter, si quis consuetudine prava delinquenti eascerit induratus & obstinatus in malo, tactus suarem & illustratus uno huius stellæ radio inuocārit cum desiderio se iuuandi, & ē luto emergendi, hoc dulcissimū nōmē MARIAE, non dubium quin ilicet, cum interna spe de salute concepera, emolliendum sit eius cor, ipseverò in brachijs & sinu huius suæ potentis & benignæ ad uocatę se sit depositurus. Adhuc, quicunque in aliqua zrumina fuerit vel periculo, si ex corde inuocārit hoc nōmē potentissimum MARIAE continuo ad aspectum huius lucis, huiusque diuini præsidij, totum se sentit resocillari & corroborari, omnisque tristitia nubes mox evanescit, & serenitas consolationis in animam reuertitur. Deniq[ue] in omnibus tentationibus & infirmitatibus anima nostræ, & in omnibus corporis nostri necessitatibus, hoc sanctum nōmē unicum remedium est & refugium: nec vñquā illius in villa tribulatione existit, qui ea cum deuotione inuocata, præsens auxilium non senerit. Postremo, ut partes ea quæ vnguento delibutæ sunt, clarae efficiuntur & lucide: sic omnes

C 7 ani-

62 MEDITAT. DE  
animæ quæ specialiter huic sancto na-  
mini sunt deuotæ, atque hoc pretiosissi-  
& odoriferò vnguèto sunt in nütce, quæ  
rogo, bellæ sunt, quam in Angelorum  
sq; ad hominum oculis resplendentes  
per mentis humilitatem, cordis puri-  
tatem, morumq; sanctitatem?

### C O L L O Q V I V M.

**O** Virgo nobilissima, o nostra re-  
splendens aurora, quæ felici ortu  
 tuo, bonum illum nuncium attulisti  
 de nostri veri Solis aduentu. Saluatoris  
 nimurum tâtopere desiderari, & ab  
 omnibus gentibus expectati; ote  
 per hanc eximiam & singularem gra-  
 tiam, qua te elegit in suam Matrem, ut  
 intimum veræ devotionis erga teaf-  
 fectū mihi impetrare velis, & in meo  
 quoque corde oriri, ac pariter salutari  
 tui ortus luce totam animam meam  
 reformare, mortificando meos sensus,  
 mundâdo affectus, & ab omnibus ter-  
 renis cupiditatibus cor expurgando,  
 amoreque rerum cœlestium illud ac-  
 cendendo, ut ita præparata, digna redi-  
 tatur aduentu solis illius iusticie, qui  
 sicut non designatus est per te ad nos  
 descendere, sic quoque per te ad illum  
 increasur peruenire, & gloriæ eius in-

B. VIRGINE 63  
celo participes fieri; quicum Patre &  
 spiritu sancto vivit & regnat in secula  
 seculorum. Amen.

### D O C U M E N T A.

1. SIGVT. stella, cui beatissima Virgo  
 assimilata est, radios suis in utili-  
 tatem totius mundi emittit, sine villa la-  
 re & perfectione sua iactura: si nos ita  
 vacare debemus iuuandi animabus a-  
 liorum, & occupare nos in Sanctis exer-  
 ciis charitatis erga proximum, ut non  
 faciamus iacturam proprij Spiritus &  
 profectus: nam vt loquitur Dominus,  
 parum prodest homini torum lucrari  
 mundum, si anime sua detrimetum pa-  
 tiatur.

2. VIRGO beatissima comparata effi-  
 auore, que lumine à Sole recepto dispe-  
 lit noctis tenebras: nam primo, dum so-  
 lem infiniti conciperet, fuit ab eo maxi-  
 mia Spiritus sancti donis illustrata: po-  
 stea autem ipsum solem sacro partu suo  
 pro salute mundi foras edidit. Quare  
 qui volumen lucem suam in publicum pro-  
 dare, suumq; spiritum proximis in uni-  
 marum sufficiunt communicare, de-  
 bent primùm ita si hunc solem concipere  
 buncque diuinum. S P. I R. I T. V. M:

64 MEDITAT. DE  
ut prius bac luce illuminati possint &  
alios illuminare: alioquin conuenienter  
eos dictum illud Domini. Si cæcus es  
co ducatum præfet, ambo in foueam  
cadunt.

3. *Ei si beatissima virgo oriunda fore  
tam nobili & regia stirpe, nihil minus  
Dei filius non solum sit carnem ex illa,  
quod à tam illustrib. progenitoribus de  
scenderet, sed quia, ut ipsa testatur, re  
spexit humilitatem ancillæ suæ; vi inde  
caret Spiritum sanctum aspernari super  
bos corde, humiles vero corde respicere,  
sic ut scriptum est. Deus superbis resistit  
humilibus vero dat gratiam.*

z. Pet. 5.  
4. *E Virgo qua ante mundum condi  
tum in eterna sapientie consilio electa  
fuit in Matrem Dei, licet ex stirpe regia  
oriunda fuerit, nō idem aut humane dig  
nitatis laude celebrata fuit, aut opibus  
abundauit, & temporali prosperitate, sed  
in continua paupertate & submissione  
vixit, multasq; in hoc mundo passas &  
persecutiones & aduersitates: unde &  
nos discimus respendos honores & volu  
ptates huius mundi, & rerum terrena  
rum copiam fugiendam, Contra vero  
ad imitandam beatissimam Virginem,  
reprimendam & coercendam esse carnem  
nostram, & in anima ac corpore nostro*

65: E. VIRGIN. continenter crucem CHRISTI depor  
tantam: nam si in hoc mundo crucifixi  
fuerimus gladio MARIE, in altero  
quoque una cum illa eterna felicitatis  
fulcedine plenè refocillabimur.

z. CHRISTVS D. N. in hac genealo  
gia vocatur filius Dauid: quia sicut Da  
uid antequam ad regnum pervenerisset,  
possit esse varius, easq; grauissimas per  
secutiones, multosq; labores & crummas  
suffrinxit, ita CHRISTVS antequam  
intraret in gloriam suam, plurimum la  
borauit, grauissimasq; afflictiones per  
pessus est, vi intelligant, qui cohæredes  
CHRISTI esse volunt, imprimit ne  
cessarium esse ut existimarent multas tri  
bulationes sibi perferre: etiasq; instar mu  
leris parturientis mœreres, doloresq;  
perferendos, ut dentique cum CHRISTO  
ipso saltari & regnare possint.

6. CHRISTVS D. N. voluit in ge  
nealogia sua multosq; malos & mu  
leres peccatrices, atque etiam non nul  
los pauperes signallat in Iosephum, & su  
am sanctissimam matrem nominari. Hoc  
discrimen est inter spiritum huius mun  
di, & spiritum Dei: quod homi  
nes mundani tantum gloriantur de ho  
noribus, dignitatibus & opibus tempo  
ralibus: sed homines spirituales potius

gloriantur in sua infirmitate, & ignominia, imò pudet eos in alia re gloriantur, quam in cruce Christi, hoc est, in sui tempore & ignobilitate.

7. ET SI CHRISTVS D. N. eis quae mater sanctissima, multos ex misericordiis suis partim iustos & piros, partim sceleratos & infames habuerint, nihil tamen inde de ipsorum honore & gloria accessit vel decessit. Vnde colligimus non parentum virtutem vel flagitium, sed propriam virtutes vel virtus cuique homini vel honorem vel deedes conciliare. Quare debent filii, aut nimium se extolleret ob maiorum suorum gloriam, nec etiam pudeceret, ob eorum utilitatem vel infamiam, sed sua vita pia & sancta bonum moribus debent comparare bonam famam & existimationem: si enim ipsi fuerint virtute praditi, nec utilitas eorum suorum obscurabuntur, nec per sua eorum vita vello modo inquinabuntur: sicut contra, si fuerint flagitosi, nihil ei proderit dignitas vel sanctitas suorum.

antecepsa.  
vnum.

77

## DE PRÆSEN-TATIONE BEATIS-SIMAE VIRGINIS MARIAE MATRIS D E I.

### MEDITATIO III. SCRIPTURA.

**S**OROR nostra parua, & vbe. *Cant. 8.*  
ra non haberet, quid faciemus so-  
rori nostrae in die quādo allo-  
quenda est? Si murus est, ædifice-  
mus super eum propugnacula ar-  
gentea; si ostium est, compingamus  
illud tabulis cedrinis. Ego murus  
& vbera mea sicut turris, ex quo  
facta sum coram eo quasi pacem  
reperiens.

### FIGVRAE.

**D**E 2. **R**EX Assuerus, cum edicto pu-  
blico per omnia regna sua  
man-

*mandasset omnes puellas virginēs  
qua species & pulchritudine ceterā  
præstarent ad se adduci; inter eas  
quoque oblatā fuit humiliā Hesbē  
virgo Hebræa, cuius admiranda pul-  
chritudo, honestiūg̃ mores ita plā-  
cuero Regi, vt eam elegorit in spō-  
sam suam, & Reginam.*

- F R E Q . I .** 2. ANN A mater Samuelis, cùm  
in senectute sua hunc filium precib⁹  
à Deo obtinuisset, eū ablactatū, ac tri-  
um apnorū puerulum in templo ab-  
tulit in ministerium Domini.

## PROPHETIA.

- Psal. 44.** 1. **A** VDI filia & vide, et inclina au-  
rem tuam, & obluiscere populu-  
tum & domum Patria tui, & concu-  
pisce rex decorem tuum.  
2. Adducenur Regi Virginēs post  
eam, proxima eius afferentēs tibi, affe-  
rentur in latitia & exultatione, adau-  
centur in templum Regis.  
3. In habitatione sancta coram ipsi  
ministranti.

*Ibid.*

C O N -

## CONSIDERATIONES.

**V** E T V S & solennis synagogæ  
consuetudo erat, vt virginēs ali-  
quæ & viduæ, quæ ex speciali deuotio-  
ne æternarū nuptiarū desiderio  
inflammatae perpetuam continētiā  
seruare statuissent, in separatum & pe-  
culiare quendam templi locum qui  
erat inter altare & sanctuarium reclu-  
deretur, vt ibi commodius assiduis o-  
rationibus, ieiunijs, alijsque pietatis  
officijs vitam sanctam religiosamque  
instaurerent, & facilius pudicitiam suam  
custodirent, vt legimus in Evan-  
gelio fecisse illā B. Annam Phannēlis  
quæ nunquam discedebat à templo,  
ieiunijs & observationib⁹ seruens no-  
stra ac die. Similiter Joachim & Anna  
sanctissimi Beatæ Virginis parentes,  
cùm post diuturnam sterilitatē à Deo  
hoc donum tantoper desideratum ob-  
tinuissent, & iam beatitudine puerilla tui-  
ensis esset, eam Hierosolymā in tem-  
plum duxerunt. ibique (vti erat vo-  
to obstricti) magna reverentia diuino  
cultui obtulerunt. ibique deinceps in  
sta Samuēlis à Sacerdotibus inter alias  
sanctas locata & educata fuit. Quæ ob-  
latio, partim ob singularem ipitorum  
par-

parentum eam offerentium pieratam, partim ob bonam Virginis oblatam, deuotamque voluntatem, qua seipsum vultu dedicabat suo creatori, non potuit non esse Domino gratissima, assimil in celo nouum & maximum angelicis illis spiritibus conciliare gaudium. Si enim tantum gaudium, teste Scriptura, in celo est, de uno peccatore penitentiam agente, quantum putamus gaudium extitisse hac die, qua Domino se obtulit illa, cuius praesidio & opera tot redimendi, & ad salutem perducendi erant peccatores? Valde autem conueniens erat illam, quae electa fuit ut conciperet Dominum templi, in templo eiusdem Domini seruicio consecrari, ibi in sacris literis instruita & sanctis exercitijs pueritiae suae annos expendere. Ac certe ita vitam instituit suam in illo loco sancto, ita omni virtutum studio floruit, ut non solum sodalibus, sed alijs omnibus Virginibus, quae in nostris templis se Deo consecrant, & denique omnibus religiosis illustre & eximium quoddam exemplar exstiterit. Nam ab hac matre, & magistra Virginum discunt libetres voluntates a primis adolescentiae suis an-

nis amplecti & portare iugum Domini: discunt respucere rugas, & inutili conuersationem deserere, discunt serio omnia verba sua & facta ad normam perfectae vita conformata, discunt mundo, amicis & cognatis plene renunciare; & voluptates ac noxiaria licentiam vita secularis, in studium spirituali sanctumque Domini cultura commutare. Denique discunt consperatum hominum fugere, ac Deum eiusque Angelos prae oculis semper habere, omni in loco reterentiam illis, velut spectatoribus & castitatis suae conuersationisque testibus, exhibendo.

**SECVNDO.** fide dignum est, hanc benedictam puellam, vt ab infantia semper fuit Spiritu sancto plena, sic in ea visum quoque rationis anticipatam fuisse. Vnde, vt primu aliquid audire ceperit de Dho creatore suo & intelligere, simul etiam ceperit illum super omnia amare & reuereri, cauereque ne quid vel verbo vel opere committeret, quo diuinam eius Maiestatem offendere. Postea vero cum didicisset, Deum ipsum fore mundi Redemptorem, & ex Virgine nasciturum, tanto a morte accersum fuit cor eius erga ipsum.

ut deinceps aliud neque cogitare, neque desiderare posset: speciale autem & ardeus desiderium habere coepit, tantam in vita sua obtinendi gratiam, ut posset aliquando frui Saluatoris & Misericordiae presentia, & pariter purissimae & augustissimae eius matris aliqua in re seruire. Quare in ea amor & fons dumi castitatis tantum incrementum accepit, ut à prima illa aetate, quemadmodum pie credi potest: in corde suo constituerit, atque etiam voverit se perpetuam Virginitatem (si ita Deo placuisse) obseruariam, nec quidquam proprium in hoc modo possessurā. Vnde cum probè nosserit, quod votum à parentibus factum esset, dum ipsam in templo trimulam offerrent, ipsa que in animo suo decreuisset, & vehementer desiderasset, nō corpore modo, sed etiam corde & spiritu se dedicare diuine voluntati, perpetuoq; Domini scrutatio, ardenti desiderio flagrabat, ut cito illud prestaretur, secumque identidem verba illa repetebat: *Latatus sum in hunc quod dicta sunt mihi, in dominum dominum ibimus.* Quis dabit mihi pennas sicvis columbae? ut celeriter possim auolare & requiescere in loco tabernaculi admirabilis, in loco sancto Dei? Itaque cum

tem-

*Psal. 121.**Psal. 44.*

tempus aduenisset, quo à religiosis parentibus suis ducta fuit in templum, contemplare, quo modo sapiens illa puerilla, prudens & humilis illa virginicula, incessiter, vultu maturo, passu gravi, brachijs complicatis, oculis in terram decessis, mente autem erecta in celum. Ibat, vel potius ferebatur desideri & amoris in Deum pennis: Si enim amor quo cognatam suam Elisabeth complectebatur, efficit ut tanta festinatione per montana Iudeæ discurret, quanta putamus eam celebrare & velocitate nuna progressum fuisse, cum non creaturæ, sed ipsis creatoris & Domini sui amore impelleretur & traheretur: Proxima vero templo cogita: quanta devotione, puris oculis, manusque in celum sublatis illa verba Prophetæ recitauit, *Intraibo P sal. in dominum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Deinde quanta vis spiritus, sola, à nullo adjuta, quindecim Templi gradus ascenderit. Nec mirum fuit, tanta facilitate & celeritate in templum tam altum euassissem, quæ per omnem vitam nulla alia in re feceruit, quam in ascensione de virtute in virtutem: quæque contemptus omnibus rebus caducis & terrenis

D. nis

74 M E D I T A T . D E  
nis totam mentem suam , omnesque  
cogitationes defixas habuit in altitu-  
dine celorum. Ergo vidisse hic in tem-  
plum materiale ingredi templum ma-  
gis spirituale & viuum in quo templo  
alio quodam modo magis sublimi,  
quam in templo Salomonis , corpora-  
liter habitatura erat ipsa plenitudo di-  
uinatatis. Vidisse quoque in ingressu  
huius magis veræ & viuæ arce Dei in  
templum , ut collocaretur in sanctua-  
rio , longè excellentiora lætitia & exultationis , & triumphi signa dari in cœ-  
lo à Sanctis Angelis in conspectu Dei ,  
quam cum Rex sapientissimus Salo-  
mon , cum toto populo israhelitico in-  
troduxit arcain testamentum in templū ,  
eamq; in tabernaculo sub alijs Cheru-  
bin collocauit. Vbi considerare posse ,  
quomodo filius Dei è sancto propitiato-  
rio humilem virgunculam ab aeterno in Matrem ab ipso electam conspi-  
cens , internis amoris vinculis eam ad  
se attraxerit , loquens illi ad cor . *Veni in  
hortum meum soror mea sponsa , veni  
lella mea , panam in te thronum meum .*  
Considera ex alia parte , quomodo san-  
cti Angeli , quos non latebat dignitas ,  
excellensque puritas huius Virginis il-  
lam insipientes de cœlis , inter se dixe-  
rint .

Cant. s.

E. V I R G I N E . 75  
tini . *Quæ es bella , quæ ascendit ut virgu- Cant. s.*  
*la fumi , ex suauissimis aromatibus myr-  
tha , & thuri , & uniuersalueris pig-  
mentarij ?* Erat illa quidem instar fumi  
in oculis mundi oblicua , omnis orna-  
menti , & claritatis mundanæ contem-  
ptra . Erat etiam virgula , non soluna  
ob puerilem gratem , sed quia in oculis  
suis erat parvula , per profundam hu-  
militatem : virgo parva , sed rectissima ,  
nullo peccato fixa vel distorta . erat o-  
dorisfera , & ex diuersis aromatis , ob ra-  
ra virtutis exempla cōposita . Præcipue  
autem reddebat odorem mirrhæ , ob  
perfectam carnis omniumque passio-  
num mortificationem : nēd non & thu-  
ris , ob suam singularem devotionem ,  
& altissimam contemplationem . ita-  
que post oblatam Domino hanc gra-  
tiosissimam oblationem , illa quasi olua *Psal. se.*  
fructifera in domo Dei plantata , & di-  
uino spiru impinguata produxit pul-  
cherrimos omnium virtutum fructus  
sicut conguebat illi , quæ in suo vtero  
ipsum Deum concipere debuit Quia  
ranti vicit seipsum , & in perfectione & *Cant. s.*  
gratia diuina eosq; profecit , ut brevis-  
simotèpore meruerit esse tēplū sanctū  
& admirabile , in quo altissimus Deus  
elegerit constitutere suā habitationem .

D 2 ITA-

3. ITA Q V E hæc sanctissimi Virguncula in sacro illo loco, non solum cum admirabili fructu, sed etiam cum singulari animi sui voluptate & consolatione primos aetatis suæ annos impedit. Erat enim remota ab omni ius mundi strepitu, credens se vivere in quodam paradiso. Vnde fugiens in star purissimæ columbæ, que deservit locis folidis perfugium suum habet ad testa sublimia, ut separata non corpore modò, sed etiam mente ab omnibus curis & rebus terrenis possit studio virtutum vacare, elegerit in templo, vi fas est opinari, locum reliqui secretiorem, vt ibi in conspectu Dei & Angelorum commodius posset apertire cor suum, & adorare Patrem in spiritu & veritate, majorique pace & quiete conseruati sola cum solo illo, in cuius beatificum vultum desiderant Angeli respicere. Hic perpendere potes, quot gerunt inenarrabiles è pectore extaxerit diuinus amor, quo Virginem illud cor inde à tenera aetate ardebat, & languebat? quot dulces lachrimas ex oculis eius expresserit? O quam illæ esse debuerunt, quas natus diuque sentiebat in se, quales sunt aduentus caritatis, quibus

De

Dominus quotidie illam magis magisque attrahebat, & huius sue speciosæ amica vnebat, quam inter mille elegerat, nec villa in terris ea cariorem habebat. Hic considera quam sublimes facient eius contemplationes, quam demissæ se in oculis Dei humiliavit, quam ardenter & efficaciter desideria habuerit, promouendæ imprimis gloriæ eternæ, & salutis auctoratur, quamq; inflammata, & pœnæ plena fuerint verba illa, quibus non modo nubes, sed caelos, & Patris cœlestis pectus pene trahebat. Vnde siebat vi ob summam voluptatem, & infinitam dulcedinem, quam ex omniarum bonorum fonte illo trahebat, omnium rerum, atque aetö sui quoq; ipsius oblitera sepe illa versabatur. *Quis mihi dedit te fratrem Cantic. 8.*  
meum, suggestum rubra metris mea, ut inueniam te foris, & osculerem, ut id me uno dicitur. Nullus enim patriarchatum aut prophetarum vñquam tamen ardenti desiderio aduentus Saluatoris & redemptionis generis humani flagrant, ac hac pretiosissima Virgo, Unde si sanctus ille senex Simeon ob hoc ipsum desiderium meruit, non solum oculis suis videre, sed etiam tangere, & suis brachijs complecti Saluatorem,

D 3. m-

78 MEDITAT. DE  
mirum, hanc beatissimam Virginem,  
quae sua ignita caritate, non solum  
superauit illam Simeonis omnium  
hominum, sed etiam supremorum au-  
gelorum charitatem, factam dignam,  
ut non solum videret, verum etiam in  
vtero suo eum conciperet, & fieret eius  
Mater? utinam fas fuisset alicui videre  
internos oculos huius virginulae, hu-  
ius simplicis columbae, quomodo eis  
semper haberet coniectos in cœlum?  
deinde intellectum illum plus illustra-  
tum, quam ipsorum Cherubinorum,  
ac voluntatem illam multò amplius  
accensam quam Seraphinorum. O quo-  
modo penetrabantur & inflammabantur  
eis ponsi cœlestis? Vnde illi rectè di-  
cit de illa: *Aurete oculos tuos, quia iſi-  
me australē fœcerunt.* Et va de bene di-  
xisti Domine misericordiam enim potentes  
fuerunt oculi sponsarum, ut te fecerint  
auolare de celo in terram ex limu Patrum  
in vteru & si num humilis virginula.  
4. IAM vero sigillatim expende vir-  
tures, mores & exercitia sancta, in qui-  
bus haec benedicta virgo toto tempore  
a quo sunt in templum oblata, visque  
ad desponsationem cum Iosepho sa-  
ctam, se exercuit. Et primò, sicut refe-  
runt quidam facili doctores, solita era-  
diem

Cant. 2.

Cant. 6.

E. VIRGIN. 79

diam in tres partes dividere. In quartū  
prima secundum consilium Domini:  
*Primum quare regnum Dei,* à prima  
aurora vique ad horam tertiam, to-  
tam se dabant exercitijs spiritualibus, tra-  
ctans cum Deo, & occupans se in ora-  
tionibus & cōtemplationibus sanctis.  
A tertia deinde usq; ad noonam pro ser-  
vicio templi occupabat se operibus ex-  
ercitijs; exteris feminariū proprijs  
postremò post horam nonam sum pro-  
cibo corporali, qui erat ad modum sim-  
plex & moderatus, totū reliquā tem-  
pus ponebat in lectione sacrarum lite-  
rarum; atque ita intenta erat rebus di-  
uinis, ut non contemneret humanas, &  
perfectè amplectens virumque offi-  
cium Matthæ & Magdalene. Vbi con-  
sidera, quam bene obseruat cōsilium  
Prophetæ: *Audi filia, & vide, & incli-*  
*na aurem tuū, & oblinisce populu tuū*  
*& donum patris tui.* Vide & expende,  
coferens in corde tuo audienda, & pro-  
pter Deū reliquo mundo, patre & ma-  
tre, attende tibi ipsi, nullaq; cogitatio-  
ne reū exterrantū sinas te ab eo desiu-  
gi. Magna verè fuit quorundam San-  
ctorum deuotio, magnus affectus, quæ  
in Deum, diuinamque res habuere? At  
virgo sanctissima deuotionis sensu in-

Matth. 6.

Psal' 44.

D 4 Deum

## 20 M E D I T A T . D E

Denuo, excelluit omnes quorundam suerant, vel aliquando sururi sunt, sanctos. Et si Sanctus Paulus, qui à Deo electus fuit & preparatus in vas electionis, ut portaret sanctum nomen eius coram gentibus, Regibus, & filiis Israhel in oratione rapta fuit in tertium celum; ubi vidit & audiuit res tam arcanas, quas non licet homini loqui, quos affectus, quas mentis elevationes existimamus suisse huius diuinæ Virginis, quam Deus elegit & preparauit, ut portaret non iam novem Dei, sed ipsum Deum carne vestitum in vetero suo sanctissimo, ut illi tot annis ministeraret, ut toti mundo colendum & adorandum proponeret? Dubium igitur non est, quin illa saepius Angelorum praesentia, diuinisque peritura sit colloquisi, quibus multorum mysteriorum, arcana omniaque celstium particeps facta sit, sicut illa, ut humiliata, apud alios has Domini visitationes diffimularet, repetens intra se verba illa sponsa: *Dilectus meus mibi, ergo illi.* Deinde, quod ad virtutes heroicas attinet, quoniam sanctissima haec Virgo celebrem illam Dei sententiam per Prophetam enunciatam: *Sanctifico te, quia ego sanctus sum, studiosè.*

ge-

Act. 9.

Cant. 2.

Lev. 21.

## B. V I R G I N E . 81

perat, nullus unquam fuerit in mundo, qui tam accuratè, atque illa diuinaria hoc mandatum præstiterit. Prima ergo virtutis, in quibus à prima ætate ultra exercuit, fuit singularis humilitas, qua nusquam se vili creature anteposuit, sed seruauit omnibus, & inferorem se omnibus reputauit. Huic humiliati coninxit obedientiam. Nam proprijs parentibus, maioriibusque suis ita se subiecit, ita reverita est, ut nulla in re etiam minima eos offendere posset, vel contristaret. Adhæc, dum puerula, sibhinc esse, tantam prudenteriam, moderationemque animi declarauit, ut nihil unquam puerle vel dixerit, vel cogerit, vnde offendi aliquis posset. Præterea in hac fortissima Virgine eminuit super omnes virtus illa, que est virtus nostra, nempe firmissima quædam fides: preualuit leges caritatis plenitudine: in qua longè superauit omnes creaturas; eminuit nobilissima virtus iustitiae, skipata excellenti religione & pietate in Deum, & res sacras: eminuit quoque virtus illa, quæ in terra repræsentat vitam angelicam, hoc est, summam & perfectam puritatem. In omnibus etiam aduersis rebus, sicut tribore, & animi constancia plus quam viri.

D. 5

## 82 MEDITAT. DE

virili. Fuit & magna matrix pauperatis, nihil proprium possidens, & de la bore manuum suarum viuens: circa ve  
stimentum autem confisilium. A postoli se  
culo obseruans: *Habentes vestitum, q  
uibus tegamur, his contenti simus.* Vnde & tam sobria & temperans in cibo sumendo fuit, vix ut naturae necessitate saceret satis in ieiunijs & vigilibus erat admodum assidua, nec ante aut cibum sumebat, aut requiem oculis suis dabant, quam necessitate adigeretur. Quare & corpori curando vacabat potius, ne sibi consiceret mortem, quam ut satisfacceret sua cupiditati & tensui. Nunquam apparebat in publico, nisi religio & charitas ita postulasset; & tunc quidem non sine honesto suorum parentum comitatu prodibat. Fugiebat item omnem aspectum & colloquium hominum: ac denique tanto ardore, talique modo omne virtutis efficium praefababat, vt non tam ipsa discere, quam potius alios docere videretur. Talis igitur Maria ab Evangelista descripta est, talis ab Angelo reporta, talis pro filij Dei Matre à Spiritu sancto electa.

CANT. 8.  
5. CONSIDER A illa verba Scripturæ: *Soror nostra parvula est,* quam  
bs-

83  
B. VIRGINE.

bene in hanc sanctissimam puellam conuenienter erat vere parvula corpore, sed animo magna valde, pauci anni ætatis, sed roulci sapientia & prudentia. Itaque dum in hac tenera aetate adhuc esset unigenitus filius Dei, qui carnem ex ea erat suscepturus, illa ei regio gloriae suo trono oculis amore plenissimis conspicata, ad ciues calidi dixit: *Soror nostra parvula est, et leviter non habet: quid faciemus sorori nostrai in die, quando alloquenda est?* Vide quam tenerè Dominus hanc humilem virginunciam amavit, non designatus vocare fratrem, quæ vix se reputabat dignam nomine ancillæ sororem vocat, quia eam iam in sociam suam, & redemptoris mundi cooperatricem elegerat. Vocat quoque sororem, atque si Dominus alloqueretur angelos suos: & te, quia Maria adhuc puerilla vitam in terra dicens angelicam, meritò vocari poterat soror angelorum. Et rukera non habebat: quia nondum ad eam episcopum peruenierat, quæ idonea erat ad concipiendum Salvatorem, cuius aduenitus iam instabat. Quid ergo faciemus huic sororine fratre: quid ab Archangelo Gabriele salutabitur, quando mysterium incarnationis illi annunciatur, g in

D 6 ipse

## 84 MÉDITAT. DE

ipſa, ipſiusque interueniente conſenſu  
deber compleri? Si murus eſt, adiſce-  
mus ſuper eum propugnacula argentea.  
Et rat re vera hęc optima. Virgo inde ab  
illo tempore muras ſolidiflauſus ope-  
ra Spiritus ſancti fundatus & firmat.  
Vnde & Deus ſuper illam adiſcauit  
propugnacula argentea, perficiendo il-  
lam indies in omni ſapiencia, virtute  
& gratia, ad expugnandas inuincibilis  
& infernales potefatas, ad conterendū  
caput antiqui calidissimique ſerpentis. Si  
aſſit eſt, inquit Scriptura: Et tene ostium  
fuit haec diuiniſſima Virgo, ſuit porta-  
illa ſemper clauſa, per quam ſolus De-  
us Saluator mundi tranſiuit, in eam  
veniens ad redimendum genus huma-  
num: ſuit quoque oſtium illud, per  
quod omnes nos adiutū & ingressū ha-  
buiimus ad Salvatorem & iudicem: e-  
ſtium clementiſſimum, quod omni-  
bus perpetuō patet, oſtium veſtē celi,  
per quod omnis ad nos ſalutem venit,  
quodque ingrediuntur omnes, qui ad  
ſalutem aternam perueniunt. Si ergo  
oſtium eſt, compingamus illud in fullo ce-  
dri, largitate caritatis, plenitudine  
mifericordiæ, & omni donorum, &  
chariſmatum cœleſtiū varietate, vt hac  
ratione mercatur eſſe regina mifericor-

zech 4,4.

dix.

## 85. VIRGINE.

dix, mater gratiæ, peccatorum miferi-  
coris adiuvat, miferorum refugium,  
ſpes defolatorum & caſil eorum, qua  
poffit in omnibus ærumnis & neceſ-  
ſiſtibus nobis adiumento & ſaluti eſſe.  
Conſidera deinde huius glorioſiſſimæ  
Virginis reſponſum. Ego murus, & u-  
bira mea ſicut turris, ex quo facta sum  
eram eo, quoniam pacem reperiens. Ego  
sum veſtē inurus per virtutum ſolidi-  
tatem, & animi fortitudinem, perque  
firmitati propositum, puritatē animi  
& corporis: atq; etiam virginitatē per-  
petuā ſemper conſervandi. Et uerba  
mea ſicut turris. Reſtē dixi benedi-  
& virgo, uerba tua fuſſe ſicut turram:  
licet enim uerba corporis adhuc par-  
uula eſſent, at uerba anima tuæ ſpiri-  
tuſlia, hoc eſt, altissima & cardentiſſima  
deſideria gloriae tuę Dñi, aduentus ſal-  
uatoris in mundum, & redēptionis  
generis humani, erant quaſi maxima  
quaſdam turris in te. Vnde meruisti a  
pud Dominiū primū inuenire pa-  
cem & gratiam pro te: nam confor-  
mans te totam cern voluntate diuina,  
& archiſſimo charitatis vinculo te v-  
num efficiens cum dilecto tuo, ſumma  
quædam & tranquillifſima pax in ani-  
mam tuam redundauit. Inuenisti de-

D 7 inde

inde etiam gratiam & pacem pro nobis, quia auctorē gratiæ, & ipsum Deum pacis apportati, qui est pax nostra, quia per sanguinem suum reconcilia-  
ndo nos Patri, diuinam pacem, quæ exuperat omninem sensum, attulit.

6. C O N S I D E R A denique quomo-  
do MARIA fuerit secunda EVA, quæ  
foecit quā prima à Deo creata tota  
pulchra & innocētis versabatur in Para-  
diso longe maiori voluptate affluentij  
vbi non colloquebatur, vti fecit impri-  
dens Eua, cū antiquo serpente, neca-  
res dabant fraudulēis cī<sup>9</sup> perfusionib,  
sed auscultabat qtid Dominus in ipsa  
loqueretur, tota prōpta ad obsequēdū  
in omnibus diuinæ eius volūtari. Qua-  
re & hæc secunda Eua, longè maior iu-  
re appellatur mater viventū, quippe q  
foecili partu suo nobis attulerit vitam;  
at prima Eua potius vocari potest ma-  
ter morientium, cum sua inobedientia  
nobis pepererit mōrē. Hæc est illa Re-  
becca, illa puella abscondita, & homini-  
bus incognita, & eximia pulchritudi-  
ne præstans, quæ à magno illo Patre  
nostro è multis fuit electa & quæstia,  
ac cum multis pretiosis donis oblata  
fbla inventa est digna, quæ in sp̄ òlam  
veri Isaaci nici filii sui acciperetur. Hę-

87  
est illa sancta, omnīeuſque saculis crē-  
brata iudicis: quæ sua singulari prudē-  
tia, animiq; fortitudine & puri superbis  
simi Holofeini principis tenebrarum

*Iud. 13.*

refuscuit, qua re populu Dei, & à præsen-  
ti periculo, & desperatione salutis vin-  
dicavit. Vnde & optimè in eā conve-  
niūt laudes à populo illo huic admirabi-  
li ysticī dec̄i: *Benedicta es tu si-  
lesia à Domino Deo excelsō, pra omnibus*

*Eph. 26.*

*mulerib super terrā, tu gloria Hierufa-  
lē, tu honor & ornamenti totius popu-  
li. Hæc quoq; est illa illustris Esther, æ-  
terni Regis delitiae, incredibilis pulchri-  
tudinis foemina, q cū multo tēpore la-  
tuisset, & diligēter custodita fuisset, in-  
ter oēs alias Virgines in Reginā electa  
est; tantāq; grāia apud diuinā reperit  
maiestatē, vt tori generi humano libe-  
rationem à funesto æternæ mortis de-  
creto im petrārit. Hæc deniq; est illa v-  
nica & electa sponsa, alifissimique ami-  
catanta pulchritudine prædicta, vt si-  
lis Sion ea conspecta beatissimam pre-  
dicarent, & Reginæ collaudarint. Vir-*

*Cant. 6.*

go vere generosa, Virgo plus à Deo,  
q ab hominibus cognita, per quam ve-  
tus illud secundū legē Moysi: virginita-  
ris & sterilitatis opprobriū penit' subla-  
tū est, & antiqua male dictio in benedi-

*Alo.*

38 M E D I T A T . D E  
ctionem conuersa. Virgo, quæ paret  
mortem & institutum legis, sine ullo  
exemplo primam suam Virginitatem  
Domino consecravit. Virgo omnibus  
ijs ornata dotibus, quæ in sapientissi-  
mam religiosissimamque Virginem,  
& sigillatim in eam, quæ debebat esse  
mater sui creatoris, maximè competen-  
tibant. Virgo non iam sterilis, sed fecun-  
da, homini desponsata, sed à Deo graui  
data. Virgo cuius vterus intumuit sine  
corruptione, cuiusque partus editus fu-  
it sine Virginitatis lesione. Virgo in  
partu, & Virgo post partum, quæ qui-  
dem habuit benedictiones & gaudia  
Matri, sed non sensit dolores & dan-  
na Matri. Virgo tam illustribus ver-  
bis promissa, tam ardenter desiderata,  
tautoque tempore exspectata; ac omni-  
ex parte felix & perfecta, ut nulla ei-  
fusiliis, nec antè, nec post reperta fue-  
rit. Virgo, quæ ita explevit Marris offi-  
cium, ut nō solita in se conferuārit vir-  
ginitatis ornamentum, vernicietiam  
auxerit, & incredibiliter illustrarit. Vir-  
go, quæ carnis integritate, & excellenti-  
mentis puritate, non solum omnes  
homines, sed etiam angelos superauit.  
Nam illam ipsam puritatem, quam ce-  
lestis spiritus conditione sua natura

ob.

## E. V I R G I N E.

39

obtinuerat, sanctissima virgo diuina  
ope adiuta, suo studio acquiuit & in-  
violabiliter custodiuit. Virgo hęc om-  
nibus Sanctorum ordinibus altior &  
sublimior, tantoque Deo omnipotenti  
carior, & coniunctior, quanto fuit ab  
omni concupiscentiæ macula, & lege  
peccati liberior. Virgo unica quæ om-  
nium Evangelicarum Virginum fuit  
primitia, mater & regina prima entra  
fuit, quæ in genit. aliosq; docuit perfe-  
ctam continentiam, & quemadmodum  
in carne mortali & fragili imitari pos-  
semus celestium spirituum puritatem.  
Viego deniq; tam sacra, tam pura, &  
mundâ carne, mente, verbis, opere, &  
vultu ipso, ut omnes, qui in eâ oculos  
coegerent, saceret quodammodo Vir-  
gines, hoc est, puritatis amatores, sic ut  
virginitas eius germinaret & produ-  
ceret Virgines, hominesque corpore &  
spiritu castos redderet.

## C O L L O Q V I Y M.

O Virgo magistra Virginum, & Spi-  
ritus sancti sacrarium, omnium  
virorum exemplar & speculum, quæ  
post triennium adhuc puellula te ipsam  
obulisti in templo creatori odoriferi  
& gratissimi instar holocausti omni-  
umque

50 MEDITAT. DE  
umque sc̄minarum prima suisti, quo  
perpetuo virginitatis voto corpus de  
animam tuam Domino consecrasti  
o te per hoc singulare donum, quo  
Dominus ipse te ornauit, ut tanto ar-  
dore te totam diuinę suę Materiam  
seruitio dedicares, mihi velis impetrare  
gratiam, ut possim tuo exemplo cor-  
menim omnino diuellere à mundo,  
parentibus, amicis, omniq; rerum ter-  
renarum caducarumqueura, ac totum  
me diuinę voluntatis eius beneplaci-  
to committere, vt de me statuat, quod  
ad eius maiorem gloriam, mea quea-  
nitatem salutem faciat : & simul viri  
ope me semper mundum & purum in  
p̄mā abque omni concupiscentia  
carnalis macula seruare queam, atque  
ita mereat manibus tuis offeriri sacro  
lli templo, nempe C H R I S T O filio  
in caelesti gloria.

D O C V M E N T A.

1. **S**i Mater Dēi, que ante fuit sancta  
quam nata, & in gratia ita conser-  
vata, ut nec venialiter peccare potuer-  
it, sacro templo inde à prima etate in-  
clusa fuit sic prorsus, ut nunquam inde  
egredieretur, donec diuina voluntate es-  
set Iosepho deßponsata: non habent alia

Virgi-

B. VIRGINĒ.

51

Virgines que nō sunt, ut beatissima Vir-  
go sanctissata, quod magno p̄re doleat  
peccato: las, & ab omnī hominū cō-  
sciuo & consueudine non necessaria  
temotar. Sic enim erūt securiores. Cetera  
verò si liberae vitam agere velint, ma-  
ritim periculis & bona fame, & salutis  
animes se obiciant.

2. Beatissima Virgo in templo presen-  
tata est, Sanctorum suorum parentum  
testimoniis & Annas manibus, ad presulam  
annū votum. quod Dominū feceram à  
quālī, velut etiam à sancta illa Anna  
Samuelis Propheta matre, qua simpliter  
vocatum filium Deo in templo obulit,  
complum capere debent omnes Patres Ecclesie  
& Matres, non solum: ut perfecte pra-  
fiant, quicquid de fījī Deo p̄ceptum,  
promiserunt scriptum enim est, di quid  
youilli Dī o. ne movere reddere: dis-  
plicet enim Deo infidelis & stulta pro-  
missio. Sed vehementer quoque ca-  
uere debent, ne suos filios absterrent,  
vel impedian, quod minus vota sua,  
qua p̄est annos discretionis ediderunt,  
exequantur.

3. B. Virgo adhuc puella existens tem-  
plo inclosa est, ab omnī mundi commer-  
cio separata. Unde discimus multū ad  
instituendam p̄am vitam prodeſſe, si

quis

92 MEDITAT. DE  
quid ab insunte cratae in timore Dei san-  
ctis moribus, à misericordia conversione  
tiones abstractus fuerit educatus. Nam  
ut dicit sapiens Salomon, quām quae  
vitam in adolescentia duxerit, ab eo ne  
in senectute quidem recederet.

4. Ab hoc sanctissimorum B. Virginum  
parentum exemplo, debent Patres & Ma-  
tres salutare documentum capere, ut  
maximum studium & curam præcent  
in liborio recte & pie edendis, inde  
prima infantes, siue id stat in propriis  
fornorum domo, siue in alio loco honesto, ubi  
nullam villius mali, vel dissolutiorum et  
caſionem habeant, sed potius bona ex-  
empla hauiant & discant, quatenus  
virtutes seſtante, & vittia fugienda sint.  
Hec enim precipua causa est, cur plorantes  
omnes mulieres tam sint leues & dis-  
olute, quod aquo mollitus & indulgentia  
in puerari etate sint tractate.

5. Beatissima Virgo, licet esset genere  
nobilissima, tamen inter prima vias stu-  
dia & exercitia, quibus ab incunabulis  
se dedidit suēre, solitudo, oratio, sacrificii  
literarum lectio, & manualia opera ho-  
nestarum mulierum propria. Sicut de-  
cet testatus est Salomon in persona Mu-  
lierum fortis tantopere in Scriptura cele-  
brata. Quæſiuit lanam & linum, & o-

Pro. 31.

B. VIRGINE. 93  
perata est consilio manuum suarum,  
in confusione multarum nobilium, il-  
lustriumq; hominum nostri faculi: qui  
de decori sibi fore putant, si eorum liberi  
non instituantur in omnibus mundi va-  
nitatibus. Itaq; inter primas artes, qui-  
bus illos imbuunt, est ars tripudandi,  
cantandi, instrumenta musica pulsandi  
&c. Quare quid murum, & eorum filij,  
postquam inde à pueritia fixerunt lae-  
zandi efficiuntur, ut eos Dominus ap-  
pellat filij buius faculi, prudensia car-  
nali tumidi, sine spiritu, sine  
devotione, & si-  
ne timore  
Dei.

D E

**DE DESPON-**  
**SATIONE BEATISS.**  
**VIRGINIS MATRIS DEI**  
**MARIAE, CVM IO.**  
 S E P H O.

**MEDITATIO IV.**  
**EVANGELIVM.**

*Matth. 1.* **C**VM esset despontata mater IESV MARIA Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in utero habens de Spiritu sancto.

**FIGVR AE.**

*Gen. 39.*

**I.** **P**atriarcha Ioseph dum esset in Aegypto, ut seruauit fidem Domino suo, qui totam dominum suam ei commisceret, Dominus quaque sua constitutam omnino custodiuit.

2. Ad

**B. VIRGINE.**

95

**2.** **A**d hoc cum eius fidei commissari essent omnia AEgypti horrea, omnine frumentum fideliter ad sustentationem & salutem illius populi cufodidit.

**PROPHETIAE.**

**A**cessit ad prophetiam, & concepit. Et peperit filium, & sicut Dominus ad me. Voca nomen eius, acceperat Ioseph detrahere festina pradari.  
**2.** **H**abitabit iuuenis cum virginie, & grandebit sponsa super sponsam.

**CONSIDERATIONES.**

**C**ONSIDERATE sublimem laius prudentissimam Virginis consilium, quæ dum esset adhuc subiecta legi terrenæ & carnali, velut iam spiritualis & Evangelica, multo ante Evangelium ab apostolis predicatum, & scriptum, tam perfectè educæ legis inserviū seruauit. Nam lex vetus mādabat, ut omnes feminæ, similitatq; ad matutinam æratem peruenissent, nubarent, & liberis gigendis operam darent: quæ autem steriles essent & infecundæ pro infamibus & maledictis haberentur. At Virgo sanctissima sublimio-

sublimiora cogitans, decenter in anno nullum vnam virum cognoscere, floremque virginitatis suæ pulcherrimum Deo conditori suo colebat. Nec mirum, iam enim erat diuina Spiritus sancti vocatione edocta, & verbum illud Dei æternum, viuum & effectus prius eius fuit magister, quam filius, prius mentem eius intruxit, quam se eius carne vestiuit. Itaque ea prima causa fuit quæ Virginem ad desponsationem incundam permouit, ut nemppe, velut generosa & obsequens Abraham filia diuinæ voluntati, qua in omnibus actionibus suis ducit vitebunt facere latus? Et verisimile est à Domino illi reuelatum fuisse, sponsum cui iungenda erat, fore castum, neque tam maritum, quam testem, & fidum virginitatis eius custodem. Causa autem cur sapientia diuina volueret illam desponsari, & habere maritum, sunt secundum. Prima, vt in eius persona representaretur, & exprimeretur mysterium coniunctionis Christi cum Ecclesia, quæ simul & Virgo & sponsa eius, ac mater omnium fuit fidelium. Vnde non potuit inueniri ad significandum hoc mysterium magis idonea, quam Maria, quæ simul fuit Virgo, sponsa &

ma-  
E  
B. VIRGINIE. 97  
mater. Deinde id conueniens fuit ratione Christi, qui si natus non fuisset ex muliere coningata, Iudeis gentilibus non fuisse receptus pro Messia, inveniret illegitimus potius fuisse reiectus & repudiatus. Secunda est, ut hoc sacramentum esset occultum, & demoni ignorantum. Quia si Maria extra matrimoniū conceperet, suspiciari potuissent, illam esse virginem ab Isaia predictam. Quare admodum conueniens fuit, Dæmonem hac in re decipi. Tertia, ut genealogia Christi constaret, è tribu Iuda, & regia stirpe Davidis descendens; per genealogiam enim Joseph virginis sponsi, qui erat de domo & familia David patre facta est genealogia Virginis, ac proinde & Christi filii cius. Quartò fuit id conueniens pre-educatione ipsius Domini, inq-  
arere puerilis. Quare & Joseph fuit reputatus pater, ac nutritius pueruli Iesu. Deinde ut Joseph una cum matre eius eum haberet in protectione in Ægyptum, & reditu, atque etiam ut mutuis officijs, & laboribus se sustentaret. Praeterea fuit conueniens, ex parte ipsius virginis Matris Domini, ut esset viro convenientia. Primo, ne à Iudeis secundum legem occideretur si deprehensa esset.

98 M E D I T A T . DE  
gestore vterum. Deinde etiam unius  
erit ab infante, si grauidi inuenta fu-  
isset extra Matrimonium. Vnde Do-  
minus, cui honor & fama bona Matris  
curva erat, voluit potius nativitatem  
suam in dubium vocari, quasi non na-  
tus esset de Virgine, quām pudicitiam  
sue Matris, sc̄ens quām illa esset vere-  
cunda, & quām fata mulieris sit per-  
iculosa. Tertio, ut mariti non solum so-  
cierate, sed auxilio quoque viceretur: er-  
rat enim ipsa regens, & ætatis tenera.  
Vnde sicut Dominus in hīe vię cam  
commendauit discipulo, sic nunc per  
Angelum in sponsam dedit, & com-  
mendauit iosepho iusto, vt fidus eius  
custos esset. Quarto, vt tanta dignitas  
Virginis, quā erat, esse Matrem Dei,  
conuincta esset cum humilitate cōui-  
gis fabri; ita enim in cōceptum Do-  
mini loquebantur iudei: Nōnne hic est  
filius Fabri? Quare congruens omnī-  
ndō erat vt in persona Matris Dei se-  
retur illud consilium sapientis: Quan-  
to maior es, humili te in omnib. & co-  
ram Deo inuenies gratiam. Denique  
conueniebat beatissimam Virginem  
desponsari in uirilatem nostram: &  
primum, vt iosephi testimonio consta-  
ret Christum e Virgine natum: nul-  
lum

*Matth. 13.*  
*Beb. 3.*

99 B. V I R G I N E .  
item enim testimonium in hacē fir-  
mū & certius accipi poterat, quām  
ab eius marito. Vnde sicut Apostolus  
Thomas dubitando & tangendo fa-  
ctus est veræ Resurrectionis Domini  
testis, sic ioseph dubitando, & Angeli  
reuelatione rem certo cognoscendo,  
fidelissimus Virginitatis & integritatis  
sponsus sue testis effectus est. Secun-  
do Dominus voluit Matrem suam si-  
milesse Virginem & sponsam, vt in  
cuius persona vterque status, virginis  
& coniugalis honoraretur & appro-  
baretur; atque vt eius vita (vpote  
qua erat Princeps & deus Virginita-  
tis) esset quā omnis pudicitia exem-  
plarior Virginibus solum; sed etiam  
coniugatis & viduis propositum, in  
quod omnes intuerentur: atque ita il-  
la omnibus facta est omnia. vt omnes  
adimitandas excellentes virtutes su-  
as prouocaret, itaque virginibus fuit  
modestissima virgo, coniugatis castis-  
simi coniux, & viduis vidua religio-  
fissima.  
2. C O N S I D E R A , cūm Virgo  
sanctissima annum ætatis decimum:  
quartum cōplexerat, sacerdotes templi,  
pro instituto legis & sacri illius loci cō-  
suetudine cogitasse de ea collocanda

E 2 in

in Matrimonio, atque ita, ea nō dissidente, quod sciret eam esse voluntatem Dei, ex omnibus stirpis eius hominibus delegerunt hominem suum, opinione iustum & timoratum, hoc est, moribus Virginis conuenientem, cuius vira sanctissima, summaque honestas omnium ore celebrabatur; Elegre inquam, bonum Ioseph progenie nobilem; erat enim ē tribu Iuda, & regia domo David; sed à fortuna bonis egens, cui in sponsam hanc sanctissimā Virginem promiserunt. Vbi perpende cū dies castissimae despōtationis ad uacaret, quanta animi corporis moderatione, quam Virginea verecundia illa, qua iam Regi cœlorū erat desponsata Iesu obtulerit, ut despōnaretur homini terreno. Tunc vidisse castam Rebbeccam in sponsam accipi à magni Patris Abraham procuratore, non ut ipse eam retineret, sed ut Virginem custodiret, donec eam Domino suo Isaac ob tulisset. Humilis admodum & vilis hæc hominum pauperum despōsatio videri debuit in oculis hominum; verum in oculis Dei, qui intuetur corda & estimat non opes, non nobilitatem sanguinis, sed virtutem duntaxat, nulla vñquam in mundo extitit aut cele-

elebrior, aut honorior, aut castior. Non erat hic cernere, magnum hominum comitatum vel applausum, sed innumerabilium angelorum exercitus, qui cœlesti concantu, gratulatione, venerati sunt coninges, Domino suorū caros & dilectos. Ex altera parte ita boni Iosephi persona contemplare magnum illum Patriarcham Iosephum, filium Iacob; & videbis hunc virginis sponsum non solum meruisse communionem eiusdem nominis, sed etiam recepisse eius castitatem, innocentiam & gratiam. Nam sicut ille Patriarcha inuidia fratrum suorum venditus est, & in Aegyptum abductus, quæ fuit figura venditionis Christi: sic & hic inuidiam Herodis fugiens, eundē Christum in Aegyptum detulit. Ille ad seruandam Domino suo fidem, seruauit castitatem Dominae. Hic cognoscens Dominam suam, sui Domini matrem esse Virginem, obseruando continentiam, fidelis eius custos factus est. Illi Deus impertivit multorum mysteriorum notitiam. Hic quoque particeps fatus est cœlestium sacramentorum. Ille conseruavit frumenta Aegypti pro salute populi. Hic custodiuit panem viuum, qui de cœlo descendet pro salute

152 M E D I T A T . D E  
mundi, Nece illud autem ei conuenia  
nomen Iosephi , quod significat aug  
mentum : quia in hac cœta despon  
satione Virginis progecessum fecit & vir  
tutum incremento , & celebritate fa  
mæ & reverentia apud homines , ob  
summam illam eius dignitatem quod  
haberetur gubernator , custos & Pater

3. AD has omnes virtutes Iosephū  
accedit, admodum probabile esse, il  
lum beneficio castissimæ suæ sponsa

B. V I R G I N E . 103  
perpetuum quoq; virginitatem coluit  
le, vt ex hoc virginali matrimonio ná  
sceretur filius virgo, sienim ille ante  
perfectam hanc desponsationem fuit  
integer & castus, quemadmodum cre  
di potest de homine testimonio ipsius  
Scripturæ tam iusto & sancto; nec un  
quam scriptum existat illum aliam co  
ingem habuisse præter M A R I A M , cu  
jus postius custos fuit, quam maritus,  
necessariò sequitur cum vna cum illa  
perpetuam Virginitatem conseruaf  
fe. Nam si C H R I S T Y S Matri fuse iam  
estate proiectæ noluit aliud relinqui  
custodem, nisi virginem Ioannem,  
quanto magis noluit eidem adhuc in  
adolescentiæ annis existenti custodem  
adesse, nisi virginem : vt enim Dei  
filius non voluit nasci, nisi de purita  
te virginæ : sic neque tristari vel nu  
triri voluit, nisi manibus Virginum.  
Accedit, quod videbatur necessarium,  
vt sanctus hic domo pro tanto officio  
sibi ornatus hac quoq; singulari gra  
tia à D E O ornaretur, vt tam domi  
quam foris securius & castius cum sua  
castissima sponsa versari posset. Un  
decolligi potest, vt quidam Doctores  
existimant, beatissimam virginem  
cognita sui sponsi virtute & sanctitate,

(de quo & diuinam reuelationem accepereat) ab initio desponsationis conspirasse cum eo de conseruanda perpetua castitate, vt in his castissimis sponsis impleretur illud *Esaie* vaticinum:

*Esa.62.*

*Habitabit Iudea cum Virgine & gau-  
debit sponsus super sponsam.* Neque difficile fuit Virginis id persuadere iosepho tum per efficaciam Spiritus sancti in ipsaloquentis, tum per ipsius Spiritus gratiam, quæ in anima illius hominis vim suam, inclinando illum ad tam sacerdnam & castam voluntatem, exerebat. Quanquam verisimile quoque sit, beatissimum virginem, postquam admirando consilio se totam Domino consecravit, vt quæ semper tenet silentij fuerit, & ad tacendum magis quam ad loquendum prompta, maximè in materia suarum virtutum, donorumque à Deo acceptorum ) ne iosepho quidem sponso suo virginitatis suscipienscisse propositum : totam enim se manibus Dei commiserat, rerumq; omnium suarum progressum & exitum magna animi securitate diuine prouidentiæ commendarāt. O fidem viuam Virginis, quantam in yniuerso Israele reperiē non licuit. O simplicitatem raram, vereq; columbinam, quæ

vicit & destruxit omnem virginitati prudeniam. O excellentem animi generositatem in Deo fidentem, & parentem consilio sanctissimi Regis David cuius ipsa erat dignissima filia. *Reu.12. Psal.36.*

*Dominus viam tuam, & spera in eo, &  
ipse faciat.* sicut verè Dominus postea fecit, quando Angelum suum ad Iosephum amandauit, qui ei & suæ sponsæ integratatem, & sublimè incarnationis sue mysterium reuelauit.

4 C O N S I D E R A quām bēnē in persona Iosephi Virginis sponsi dixerit Propheta: *Accessit ad prophetiam, & Esa.8.* concepi. Quæ enim fuit hæc prophecia, nisi Virgo sanctissima, quæ semper fuit spiritu propheticō plena. & id ē cum ab Elizabet cognata sua curantis benedictionibus recipetur, in diuino illo cantico. *Magnificat anima mea Dominum.* prophetauit prædictus que se ab omnibus generationibus appellandam beatam. Huic prophetiæ adiunxit se Ioseph, quando eam recepit in sponsam. Adiunxit se illi, non vt maritus cum affectu carnis, sed vt sacerdissimus comes, & custos castissimus. Fuit certè hos Virginis & Iosephi Matrimonium (quantum ad subtilitatem eius attinet) verū & legitimū, sed

106 MEDITAT DE  
sanctum, virginem, & angelicum;  
simile illi, de quo dixit Apollonius: *D  
e fons di nos un i virgo virginem castam  
exhibere Christo.* Quod si de tot alijs  
sanctis legitimus, eos a more sponsi co-  
lestis, aeternarumque nuptiarum desi-  
derio, cum sponsis suis per perpetuam ser-  
ualse virginitatem, coniugens certe e-  
rat, vt in hac re palma super omnes tri-  
bueretur ei, quae in Matre in Dei electa  
erat: vt in proposito & virtute Virginis  
tatis a nemine vinceretur, illa quae pu-  
ritate vincit Angelos, & semper toti  
mundo fuit huius nobilissimæ virtutis  
speculum & exemplar. Subiecta est po-  
eta Propheta: *Prophetissa pessum suum  
ad eam accessum, concepisse & pe-  
nisse.* Concepit verè beatissima Virgo,  
sed opera Spiritus sancti & virtute al-  
tissimi, & peperit filium, conuenienter  
ei, quod de hac ipsa virgine idem Pro-  
pheta dixit: *Ecco Virgo concepit, & pa-  
riet filium.* Mulierem marito copulata  
concipere & parere mirum non est, sed  
vt Virgo permanens Virgo utrumque  
praefter, priuilegium & prærogativa  
est solius Dei marris, quem non con-  
gruebat nasci nisi ex Virgine. Filio de-  
inde huius Virginis & prophetisq; im-  
positum à Deo est admirabile illud no-  
men:

2.COR. II.

Esa. 7.

107  
B. VIRGIN. 107  
men: *Acceleras filia detrahere, festina  
prædar.* Quod vero hoc nomen tam  
obscenum aliud est, quam quod Deus  
vngenerato filio suo impoñi mandauit  
per angelum ad iosephum dicentem:  
*Pariet filium;* & vocali nemeneius *Mat. b. 1.*  
*IESVM, ipse enim saluum fuit populu-  
sum à peccatis eorum.* Iam si e omen  
Iesu non aliud significat quam Salua-  
torem, & officium Saluatoris est, debel-  
lare hostes, praedam agere, spolia detra-  
here, liberando populum a servitute,  
benè certe dixit Propheta, nomen quo  
appellabitur filius huius Prophetæ,  
& Virginis admirabilis, futurum: *Ac-  
celeras filia detrahere, festina prædar.*  
Atq; hoc Salvatoris officium caputè  
praestans Iesus Dominus noster, qui iusti-  
tia dicit, fuit formidans ille bellum cùx  
qui in auxilium populi veniens, vicit  
& sottem: armatum mundo tyannicæ  
dominantem alligavit, spoliisque ei de-  
traxit, omniq; preda iniustæ usurpata  
exit. De hinc Salvatore similiter locu-  
mus est Propheta dicens: *Afrondisti in psal. st.  
altum, cepisti captivitatē.* Captiuitas  
hæc erat latrata anima, quæ tāto tera-  
pore fuerat tyranno infernali obnoxia.  
Videmus ergo quād casta facit sponsa,  
ad quād iosephus accessit, quā pura

mem:

E 6

co-

corum conuersatio, quām sanctus fru-  
ctus ex hac desponsatione fuerit con-  
secutus, nem pe ipse sanctus sanctorū  
candor lucis aeternæ, & speculum sine  
macula diuinæ Maiestatis, qui vi voluit  
matrem suam esse sanctam antequam  
nasceretur, sic voluit deinceps e-  
am cōfervari puram & immaculatam  
vsque ad mortem.

5. PER ACTA ergo desponsatione  
Virginis sacræ in Nazareth, vbi Ioseph  
habitationem suam habebat, & vbi  
paulò post ipsi Virginis ab Angelo  
Annuntiatio facta est; (mos enim lu-  
dorum erat, ut mariti, antequam spō-  
sis suis iungerentur, eas aliquanto tem-  
pore relinquenter in parentum ædi-  
bus, aut etiam in propria domo omni-  
honestate custodirent) Cōsidera, quid  
ibi egerint, quāque in te sanctissima  
Virgo se occupavit; illa inquam, quæ  
ante consuērat potius cum Angelis cō-  
uersari, quām cum hominibus, po-  
tius cœlestibus; quām terrenis vacare  
exercitijs. Vidisse eam tunc incedere  
totam curis implicitam, & in officijs,  
Marthæ occupatam, magnoq[ue] so-  
latio suo sacras manus in abiectionis,  
viliissimisque  
domus ministerijs fatigantem. Vbi  
ex-

expendere quoque potes, quantum il-  
la, quæ in Matrē Dei erat electa submi-  
serit se, & reuerita sic pauperem fabrū  
sponsum suum, contra vero, quantum  
ille, vt erat homo iustus & prudens,  
tantam virtutem & sanctitatem spon-  
sus sue sit admiratus, planè persuasus  
senon iam cum muliere, sed cum pa-  
radisi angelo vivere. Quare & reuere-  
riam coepit, non tanquam consortem,  
sed vt patronam & Dominam suam.  
Cogita quanta contentione & æmu-  
latione, vicissim certāuit, uter plus o-  
bediret, uter plus alteri se submitteret.  
Vnde coniugere possimus Iosephum  
suz sanctissimæ sponsæ exemplo in-  
dies profecisse, & accessionem fecisse  
in studio virtutis, ac imprimis in amio-  
re puritatis. O quām verè in domo illa  
impletum est, quod dixit Propheta,  
*Qui habitare facit unanimes in domo.* Psal. 67.  
Et si in Euanglio scriptum est de Za-  
charia, & de eius vxore Elizabeta, Io-  
annis Praecursoris Domini parentibus  
quod iusti fuerint coram Deo, inceden-  
tes in omnibus mandatis & iustifica-  
tionibus sine querela; quanto maior  
sanctitas, obseruantia, & consensio ex-  
istere debuit in hac domo, inter Iose-  
phum & Mariam, è qua nasciturus e-

**M E D I T A T I O N E**  
rat Dominus pacis? Nulla hic erant  
querelles, nulla turbatio, nulla opinio-  
num dissimilitudo, sed ingens pax &  
concordia, caritas perfecta, honestas  
summa: domus vere bonorum terre-  
norum inops, sed cœlestium virtutum  
plena & opulenta. Non erat ibi aut fa-  
mularum frequenia, cui ministrarent,  
aut amicorum, qui panperem hunc  
sponsum inniserent: sed tamen erant  
sancti Angeli, qui aulam suam apud  
eam habebant, & ministri de tanta cor-  
rum puritate & gratia lætabatur. Quid  
vero mirare, continenter ibi sive to  
tos angelorum chores, vbi simul ade-  
rat ipse Angelorum Dominus? Nam  
si ipse dixit de alijs seruis suis, vbiunque  
forent duo vel tres in nomine suo  
congregati, ibi seu in medio eorum fu-  
turum, quanto potius existimandum  
est eundem Dominum in medio isto-  
rum duorum sanctissimorum sponsorum  
suisse, e quibus Maria futura erat  
eius Mater, & Iosephus eum in infan-  
tia erat educatur & custoditus? O  
beata domus, o honoratum coniugium, o felix societas.

### C O L L O Q V I V M .

O Pu-

**B . V . R . G . N . E .** 141  
**O** Purissima & obedientissima Vir-  
go, quæ vir in omnibus te diuinae  
voluntatis conformares, te libertate &  
consolatione tui Spiritus priuare, &  
grauij iugo, seruiturique matrimonij  
subiecte voluisti, oro te perhanc singu-  
larem obedientiam tuam & resignatio-  
nem, atque per castam inter te & loie-  
phum traductam conuersationem, vt  
a dulcissimo filio tuo impetrare velis,  
ut in nullo viræ meæ statu, aliquid a-  
gam contra diuinorum præceptorum  
obedientiam, vnde Maeistram tuam  
offendam: ac præterea digeretur ani-  
me tantum plenarii amores & de-  
siderium communicare, vt hac vita in  
omni cordis, corporiq; putirate trâ-  
acta, increar in akera, velut casta quæ-  
dam sponsa fisti illi Domino, qui a so-  
lis corde mundis videri meretur.

### D O C V M E N T A .

**Q** UAMVIS virginitatis proposi-  
tum est status, quem beatissima  
Virgo erat complexa, tanta esset perfe-  
ctionis & meriti, tamen quando cognoscere  
volumbat Dei esse, vt viro diffi-  
ciletur, rotam se in eius manus resi-  
gnavit. Vnde discimus, quando ab  
eis peribit etiæ sanctissimis perfidissimis,

ab

- ab ijs, qui vires Dei gerunt ad alia officia inferiora avocantur, promptè obsequendum esse. & iudicandum nobis ut ilius esse id, quod nobis mandatur, anteferrendo jēper volūtatem superioris, quā cogitare debemus esse ipsius Dei) voluntati noſtre.
2. Ex hoc casto & virginico beatiss. Virginis cum Iosepho coniugio, discere possumus omnes coniugati, matrimonium eorum, qui deſiderio maioris perfectionis ex mutuo conſensu perpetuum feruant virginitatem vel continentiam, nō modo verum eſſe & legitimum, sed etiam maximis meritis & Deo Domino noſtro tanto puritatē amatori gratissimum. Quod videtur quoque insinuasse Apollonius quando Christianis peritū confundit cōſtitutam, quam coniugium, & adiūxit, ut qui iam uxorem haberent, vivuerent proinde ac si non haberent, tēpē enim, subiungit breue est, & figura huius mundi praterit. Quare homines omnem curam ponere potius debent in conſequētio bonis aeternis, quam in temporalibus & cadiucis, qua citē fūe habebunt.
3. Quoniam Dominus beatiss. Virginē ad tantam voluerat dignitatem, ut esset mater ipsius Dei euhere, non ſolam

3.Cer.7.

voluit eſſe Virginem, ſed virginem admodum humilem. Quia de cauſa & in templo inter pauperes Virginem educata eſt, & seruitio Matrimonij ſubiecta eſt & marito uia eſt admodum paupere & abiecta: ut nimurum homines intelligerent, fundamentum perfectionis & laudem quam eiſibodienda conseruandā ſim virtutes omnes, eſſe humiliarem. Vnde quid homines maiores progresſu faciunt in donis & gratijs à Domino noſtrō communicatis, hoc humiliorū & ſubmisſiorū eſſe debent. quid autem aliis ascendenter, hoc fundamento deſtituti, & graviori & periculi ſiori lapſuruent.

4. Dominus nō legi. oſephum in mariſ ſua ſponsum quid eſſet homo magnus & illuſtris secundum mundum, ſed quia inſuſus erat eis ſanctus: unde tantus honor ei accessit, ut e paupere & contemptu fabro, tam famosus & honoratus ſi factus in toto mundo, & tanto pere exaltatus in calo. O ſi homines hēc philoſophiam caperent, illi, inquam, qui tanto ſudio anticipantur gloriam & famam: nem̄e vero ſi honorēs non acquire accumulatione opum, & dignitatum, ſed inſtitia Christiana exercitatione, & ſanctitate vite: non dubium quin plus eure ſtudij, ponere in viriute, quam pecun-

pecunia comparanda, in acquirende pietate, quem prastrandis beneficis & mandanti dignitatibus. Quicquid sapientibus uisceruit, ut posthabito Deo amata salutem, inhabentes per eum illucmodi bonis, tam in hac, quam altera vita sine infames & ingloriosu uenienter illis Prophetae verbis. Quicquid honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erit ignobilis.

3. Etsi beatissima Virgo claritate sanguinis, & virtutum præstantia fuerit admodum celebris, ut uersus nunc sit ea multo nobiliori coniungi potuisse Matrimonio, tamen maluit assumere lophum pauperem fabrum, sed hominem magna virtute & sanctitate. Multò se-  
cūs hoc tempore, probò dolor, matrimonie incunxit à Christianis, nam in filiis bus nupciis tradendis, non iam ad virtutem & sanctitatem, sed ad opes, nobilitatem & dignitatem maritorum respiciuntur. Similiter viri in ducendis mulieribus, non ad virtutes & pietatem, sed ad magnitudinem dotis, ad pulchritudinem externam attendunt. Vnde videmus tot infelices coniugiorum exitus, tot cōtinguitates, amaritudines, bella: uincentibus eorum non audiantur alia voces

E. Reg. 2.

quam virorum maleficentium i.e. quos illa ei inservi exortes preuocatavit. Et cōtra uxoris somnia mala impetrantes per gentibus, quod auctores talium nuptiarum fuisse.

4. Dominus non solum voluit Matrem suam esse virginem, & in oculis sue Matris latet sanctam sed etiam marito cupulatam, id est ut apud homines ab omni peccati sufficiencia esset immunitas: nos uidelicet informans, facta non esse, si in operibus nostris per bonam intentionem factis faciamus Deo, sed in super operam dandam, ne cuiquam offendicula simus. Menet sequitur Apóst. ut bona faciamus non solum coram Deo, sed etiam & misericordiam hominibus.

M E D I T A T I O N E S  
tres sequentes, hoc est, de An-  
nunciatione, Visitatione, & Pu-  
rifcatione, etiam si existent in  
Meditationibus vita Christi,  
tamen hoc loco sunt repeti-  
tae, sed copiosiores &  
meliores.

DE ANNUNCIATIONE ANGELI AD E. VIRGINEM.

MEDITATIO I.

EVANGELIVM.

**M**issus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileę, cui nomé Nazareth ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David. & nomen virginis M A R I A. Et ingressus Angelus ad eam dixit. Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribꝫ. Quæ cùm audisset, turbata est in sermonis eius, & cogitabat, qualis esset ista fabulatio. Et ait Angelus ei. Ne timeras M A R I A, inuenisti enim gratiā apud D E U M. Ecce cōcipes in vtero,



*Ecce ancilla Dñi fuit mihi secundū verbum tuum. Lact.*

218 MEDITAT. DE-  
ro, & paries filium, & vocabis  
nomen eius Iasv m. Hic erit mag-  
nus & filius altissimi vocabitur, &  
dabit illi Dominus Deus sedem  
David patris eius, & regnabit in  
domo Iacob in aeternum, & regni  
eius non erit finis. Dixit autem Ma-  
ria ad Angelum. Quomodo fieri  
istud, quoniam virum non cognosco?  
Et respondens Angelus dixit ei.  
Spiritus sanctus supernenier in te,  
& virtus altissimi obahabit tibi.  
Ideoque & quod nascetur ex te  
sanctum, vocabitur filius Dei. Et  
ecce Elisabeth cognata tua, & i-  
psa concepit filium in senectute  
sua, & hic mensis sextus est illi,  
quae vocatur sterilis, quia non erit  
impossibile apud Deum omne ver-  
bum. Dixit autem Maria: Ecce an-  
cilla Domini, fiat mihi secundum  
verbum tuum. Et discelsit ab illa  
Angelus.

*Gen 24.*

### FIGVR AE.

1. ABRAHAM misit venum  
seruit suū in Mesopotamiam

2. VIRGINEL. 119  
vnde filio suo Israe adduceret Re-  
beccam in sponsam.
2. Angelus Dei apparuit matri sa- *Ind. 13.*  
pons, & dixit: Ecce concipies & pa-  
ries filium, is Nazarens erit, & ini-  
piet liberare populum Israeli.
3. Abigail, auditia legati David, *3. Reg. 25.*  
quimandarū se eam sibi adduci in ux-  
orem adorabiliā in terra respondit:  
Ecce famula sua sit in ancillam  
vt lauet pedes seruorum Do-  
mini mei.
4. Esther Virgo ex captivitate Is- *Eph. 2.*  
raelitici populi, ob pulchritudinem,  
morumq; honestiarum tauropere pla-  
cut Assuerus Regi, vt eam ex omni-  
bus pueris elegerit in sponsam suam  
& Reginam.
5. Moyses iuvū filiis Israe splen- *Exod. 34.*  
darem vulnus eius ferre non posseb-  
in descensu ex altissima morte, in  
quocum Deo erat conservatus, velo-  
pexit faciem suam, vi agere cum  
non posset.

PRO.

*Esaie 45.*

- R**O RATE cœli desuper, & nubes pluiant iustum, aperiatur terra & germinet Saluatorem.
- Mich. 1.* 2. **E**cce Dominus egredietur de loco suo & descendet.
- Esa. 36.* 3. Deus ipse veniet, & salubrit vos.
- Psal. 71.* 4. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.
- Isa. 7.* 5. Ecce virgo concipiet, & pariet filium.
- Ierom. 31.* 6. Creavit Dominus nosterum super terram, feminina circumdabit virum.
- Ezech. 44.* 7. Postea hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transjet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.
- Ecccl. 24.* 8. Qui creavit me requieuit in tabernaculo meo.

*Cant. 3.**Cant. 6.**Agg. 2.*

**I**AM tempus erat ut pura illa & simplex turtur, post tamen diuturnum silentium aperiret os suum, vocemque suam tantopete desideratam edere in terra nostra inciperet, à qua tanta gloria Deo in celo, & tanta pax & letitia in terra hominibus cœnatura erat. Tensus quoque erat ut fulgens illa aurora

inciperet radios suos emittere, & noui solis, & tam diu exoptati & expectati ab omnibus gentibus aduentus indicium dare. Erat mundus totus profunda peccati nocte immersus, & excaigorantiae caligine opertus. Vnde omnes una voce clamabant dicentes: *Ro-  
Isa. 45.* rate cœli desuper, & nubes pleuant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Descendat tandem filius unicus æterni Patris, ex suis altissimis abyssis, & velut pluvia voluntaria defluat in nostræ mortalitatis vellus, atque instar stillicidiorum de celo stillatum diuinis suis donis fertilem redat hanc nostram sterilem & infecundam terram. Rumpere tandem Domini tuos celos, & descendere montes enim à facie tua liquefcet, & nomina tuum omnibus inimicis suis innotescet. O quot Sancti Patriarchæ, Reges & Prophetæ opèravunt videre diem illum, quo inuisibilis & altissimus Deus se videndum erat prebiturus, & cum hominibus conuersaturus? Quot lachrymas ea de causa profuderunt, quot patres, quot ardentes gemitus in celum emiserunt? Neque solum hi sancti patres, verum etiam Angeli Sancti in celo misericentes humanæ perditionis.

- & de nostra restaurazione solliciti, ve-  
lut i, qui erant Patri æterni longè car-  
issimi, proni ante thronum glorie his  
verbis supplicabantur: *Quare traduntur  
bestijs anime cōfidentes sibi? Esto, id po-  
stulare tuam iustitiam, nunc aduenientem  
tempus excendere misericordie. Itaq;  
benigè fac Domine in bona voluntate  
tua Sion, ut adficiantur muri Hierusalē  
nempe celestis. Verū multò magis  
illæ sanctæ animæ quæ tanto tempore  
obscuro carceri manserant inclusæ, sub  
tyrannica fortis armati custodia, fucere  
dæptionis cupidæ, continuis precib; mi-  
sericordes Creatoris aures, mœstisque  
cum gemitu vocibus pulsarunt dicen-  
tes. Vique quoque auertes à nobis facie tuā,  
& oblitisceris inopia & tribulatione  
nostræ? Quousq; se efficeret & gloriarib;  
tur inimicus noster super nos? Exurge  
Domine, adiuva nos per nomen san-  
ctum tuum. Mitte fortissimam illam  
misericordiam, qua sua prudentia & humi-  
litate conterat arrogantis & infernali-  
stius serpētis caput. Nascatur tandem  
gentis nostræ gloria, & stirpis nostra  
ipses vñica. Ecce omnia iacent quasi ca-  
ca nocte obruta, donec tu iustitia Se-  
tuani claram optatamq; lucē mundo  
restuyas. Desere tandem & verē noſta*

*Psal. 73.**Psal. 50.**Psal. 43.**Psal. 12.**Psal. 43.**Gen. 3.**Gen. 28.*

Iacob paternam domum, & ab æternâ  
requie tua descendere, quia iam tempus  
est, vt manum admoueas duro rastro,  
& in sudore vultus tui tuę dilectę pro-  
li vistum prouideas. Ecce pauper pedi-  
bus nudis, soli baculo nixus transibis  
aquas lordanis: & in peregrina patria  
humilis pastoris instar pascens gregem  
duri socii tui. Sed quando postea locu-  
pletior factus & peccoris & auri, in pa-  
temnum regnum reuerteris, tunc gemi  
nostipatus agmine amplam Patris tui  
domum numerosa familia cōplebis.  
2. AT quæ, ò Virgo prudentissima  
super omnes diuino amore, & summo  
salutis nostræ desiderio flagrans, tuæ  
exitere preces, qui gemitus ex inflam-  
mato pectori tuo eiumpentes, vt ad  
misericordiam plentissima Patris cœ-  
lestis viscera erga populum suū com-  
moueres? Planè credibile est, Beatiss.  
Virginem, vti erat Spiritu sancto plena  
& in prophetarum, totiusque sacrae  
scripturæ lectione versata, probè sciun-  
to proximum esse Salvatoris mundi  
augmentum: imd admodum probabile  
etiam specialem revelationem habu-  
isse le proprijs oculis cum conspectu-  
rum. Nisi seni illi Simeoni, quod ma-  
nus desiderio incensus esset videndi

*Gen. 5.*

Christi, à Spiritu sancto reuelatum est eum ante mortem visurum Christum Domini: multò fide dignius est hanc gratiam non negatam ei, cui supra omnes tantam donorum, charismatumque diuinorum impertierat copiam. Accedit, quod ardens eius desiderium longè excederit non modò Simeonis: sed omnium antiquorum Patrum, atque adeò ipsorum angelorum desiderium: nec tamen ideo aut reuelatum ei fuit, aut ipsa, ut erat humillima, quam cogitauit se fore eius matrem. Certior itaq; à Spiritu sancto facta de tam exigua gratia, quando in dulcem illam contemplationem incidebat, se in terra visuram Conditorem vnuersi, & generis humani Redemptorem, ac dilectum illum anima sua super omnem dilectioni dici non potest, quemadmodum nimia tenetudine & gaudio liquefactum fuerit cor eius, & quasi diuturnioris more impatiens, plena amoris fiducia ad ipsum Dominū conuersa dicebat, *Si inueni gratiam in conspectu tuo, offende mihi faciem tuam, & senties in te diuinū responsum. Offendam tibi omne bonum, ineffabili quādā letitiae sc̄su & pace afficiebatur, tota rapta & absorpta in Deū salvatores suos.*

*Exod. 33.*

3. CONSIDERA, quomodo cùm iam plenitudo temporis aduenisset, in quo sanctissima Trinitas per æterni verbi incarnationem decreuerat generis humani procurare salitem sua immensa caritate, qua humanam natum prosequebatur in primis commota, atque etiam cœlestium spirituum, totq; suorum amicorum in terra existentium, & signatim huic Virginis tantopere dilecta humilibus ardentissimisque precibus, quibus illa quasi sagittis pretiosum cor suæ Maternitatis vulnerabat, cœlestè illud Concilium coegerit fecidum illud Prophetæ. *Init. Isa. 26. Deus consilium, cogit concilium.* In quo primò fecit audientiam iustitiae & misericordie, illius rationes audiuit, & haec supplices preces benignè accepit: deinde sermonem ad beatæ illius patris ciues de restituendis eorum ruinis & libertatis mortalibus habuit, in quod sublime mysterium in illud vsq; tempus occultatum, æternumq; mentis sue propositum, de mittenda in mundum altera diuina persona, nempe Vt beæterno in hunc finem, patefecit; vt sicut per illud omnia facta sunt, ita quoque omnia per idem reficerentur & restaurarentur, & vt persona diuina satisfa

126 MEDITAT. DE  
ciendo in humana natura iustitiae pa-  
riter & misericordiae satisfaceret. Vbi  
expende quanta laetitia exilierint ora-  
nes illi beati Spiritus, quamque admi-  
rati sunt immensam bonitatem & in-  
finitam charitatem, ac sapientiam sui  
Conditoris: atque illico ex diuinitatibus  
thesauro in cœlesti illo confessu publi-  
carum est nomen Mariæ, decretumq[ue]  
per illam, in illa, & cum illa totum  
hoc ineffabile mysterium esse comple-  
dum. Deinde euocato ad se Archange-  
lo Gabriele, Dominus illi fœlicis hu-  
ijs legationis literas tradidit, in quib[us]  
salutatio Virginis, incarnationis Sal-  
uatoris, redemptoris modus, plenitu-  
do gratiae, & sublimitas gloriae, conti-  
nebatur. Itaque missus est Angelus Ga-  
brieli à Deo ad Virginem. Missus est  
Angelus, quia semper consuevit Deus  
sua diuina mysteria hominibus per an-  
gelos patefacere. Missus est Angelus,  
ut sicut Angelus fuit causa nostræ per-  
ditionis; sic per angelum daretur initium  
nostræ salutis. Neque hic Angelus fuit  
ex infima Hierarchia, è qua solent fer-  
mitti ad homines, sed ex supra, cu-  
jus indicium manifestum potest sumi  
ex nomine. Nam Gabriel significat for-  
titudinem Dei, & recte, quia venit ad

127  
B. VIRGIN. annunciatum illum Dominum, qui  
solus est fortis & potens; qui in mun-  
dum venit ad expugnandum & exter-  
minandum ex illo tenebrarum Princi-  
pem, ad destruendam sua morte mör-  
tem nostram, ad spoliandum infernum,  
& potenti brachio liberandum omnes  
animas, quæ ibi inde ab initio mun-  
di manerunt inclusæ. Fuit hic An-  
gelus missus, non ab alio Angelo Su-  
periore, sicut ordinariè à Domino in  
reuelationib[us] homini faciendis fieri  
solet, sed immediate à Deo ipso, idque  
primo, ob magnitudinem negotij tra-  
andi, quod non conueniebat per in-  
seniores angelos substitutos peragi, sed  
per ipsam personā, angelorū Principis.  
Secundò, ratione ipsius Virginis: nec e-  
nim congruens videbatur, ut tale my-  
sterium alijs angelis, excepto Gabriele,  
prius innotesceret quam Mariæ. Et si e-  
nim Deus Angelis manifestaret aduentum  
personæ verbi ad hominem redi-  
mendū, tamen huius redēptionis mo-  
dum tantum reuelavit Gabrieli, & hic  
virgin. Tertiò admodū conueniebat e-  
ra Gabrielè à sanctissima Trinitate a-  
mādari, quia in diuinissimum illud opus  
confluere debebant, potentia Patris, sa-  
pietia filii, & gratia ac misericordia Spi-

182 MEDITAT. DE  
rius S. Verum considera, ad quem sa-  
crissima Trinitas, Deus omnipotens  
tam magnum Legatum amandet. Cer-  
tū est, non amandari ad leges & Pria-  
cipes mundi, sed ad pauperculam Vir-  
ginem. Ad hāc misit akissimus suum  
angelum, qui ei diceret: *Concupisuit res*  
*Speciem tuam.* O Virgo admirabilis, o-  
mni laude & honore dignissima. O  
mulier super omnes alias venerabilis,  
per quā Veteres Patres salutis sue co-  
secuti sunt remedium, & totus mun-  
dus veram vitā. Fuit ergo missus an-  
gelus ad virginem, & merito. Semper  
enim angelis simillima fuit virginitas,  
tum ob vite pure conformitatem, tum  
ob meriti aequalitatem. Virgo carne,  
virgo mente, & virgo professione. Vir-  
go denique, qualēm descripta est Apo-  
lōs, *mente & corpore sancta.*

Psal. 44.

2. Cor. 7.

4. I AM vero dum in cœlo tantus  
fī apparatus, tantaque legatio spata  
tanto Angelorum numero, in re tanti  
momenti adoratur, conuere mentis  
tuæ axiem ad contemplandum, quid  
sub hoc tempus egerit illa humiliis vir-  
guncula de Nazareth: illa tam pusilla  
& abjecta in seipso, tamque magna &  
extellens in oculis Dei, quæ eius ardi-  
deria, quæ cogitationes eius fuerint!

O quam

B. VIRGINE. 119

O quam remotæ & discrepantes ab eo  
quod Deus de illa cogitaret & decreue-  
rat. Considera ergo, quomodo illa ver-  
sa fuerit in secreto conclavi clave ob-  
serata tota precibus ad eccl̄stem Pa-  
trem fundendis intenta. Tenebat qui-  
dem prudentissimam virgo ostium illius  
clauſum sed hominib. tantū, non An-  
gelis. ibi ergo erat tota in seipso recol-  
lecta, & ardenti desiderio rapta aduen-  
tus filij Dei in carne, & redimendi ge-  
neris humāni. Nec dubium, quia am-  
plus solito inexplicabili dulci dñe &  
suavitate liqueſcens (ac si iam proxi-  
mum cerneret, cuius amore ingemisce-  
bat & suspirabat) illachymans dixerit.  
Quādo tandem aderis dulcissimè Do-  
mine Deus cordis mei? Quando me-  
rebitur intueri faciem tuam? beatus  
venter qui te portabit, beata brachia,  
quorū amplexū teneberis, beata vbę-  
rà quibus lacex fugies. Virgine Itaque  
mente humili, & corde deuoto in hūc  
modum loquente, illicò Angelus Do-  
mini interuenit, multa luce circumfu-  
sus, candidaq; resulges, veste vultu nō  
terribili, quo alij visendum se pre-  
bere solet, sed toto mansueto & gratio-  
se, eaq; reverentia, quam declarare de-  
cebat illi, quæ paulò post futura erat

F. 5. ma-

mater Domini; tanta quoque submis-  
sione, ut videretur adorare mulierem,  
qualiās adoratus erat à viris. Initium  
ergo legationis suæ faciens dixit virgi-  
ni: *Ave gratia plena*, ac si diceret. *Pax ti-*  
*bis sit & gaudium*, quæ ab omni male-  
dictione, & ab omni peccati macula es  
immunis. *Lætare o tota pulchra*, tota  
immaculata. & tota gratia plena. Vide  
quomodo Angelus eam salutet tan-  
quam suam Dominam, omnique ho-  
noie dignam, & à Deo singulariter di-  
lectam & electam. Neque verò inchoa-  
re salutationem suā alio verbo debuit,  
quām illo lætitiae pleno: hac enim no-  
ua salutatione Saluatoris mūdi aduen-  
tum annunciauit, qui planetum Euz  
in lætitiam, tenebras nostras in claram  
lucem, mortem in æternam vitam cō-  
uertit. Recepit autem subiuxit, sūisse ple-  
nam gratiam: nam plena erat illo, quia  
creator est, & dator omnis gratiae. Magna  
verè & abūdans fuit Mariæ gratia, qua  
cœlo gloriam attulit, terræ Deum ge-  
nuit, Angelis attulit gaudium, & mun-  
do pacem perfectam. Fuit quoq; *plena*  
*gratia*, quia gratiae, quæ alijs sanctis  
particulatim sunt concessæ, ex omniis  
in summa perfectione & plenitudine  
in ea existiterunt. Illa siquidem fuit vel-  
lūs

lus, in quo filius Dei, instar roris de ce-  
lo delapsi cum vniuersa diuinitatis suę  
amplitudine se collegit, quod vellus  
postea in ligno crucis expressum asper-  
sit & irrigauit, instar salutaris pluviaæ,  
omnes partes terræ. Et quid mirum,  
plenam gratia fuisse illam, cum qua  
erat Dominus ipse, id potius mirū fuit  
quomodo Dominus, qui misit Ange-  
lū ad Virginem iā p̄rfecto adfuerit Vir-  
gini. Bene ergo dixit ei Angelus. *Domi-  
nus tecum*: tecum nimirum, in mente  
per abundantiam gratiæ, velut tuus  
Deus, tecum erit in vtero per assump-  
tionē carnis, velut tuus filius, & tecum  
per ardentissimam caritatem in corde,  
velut tuus sponsus. Est quoque tecum  
Pater, quia is genuit illum, quē tu con-  
cipies, tecū est filius, quia de carne tua  
illum vesties. Et tecū est Spiritus. S. cu-  
jus virtute cōcicies. *Benedicta tu in mu-  
lieribus*: merito benedicta, quia in semi-  
ne tuo benedictæ sunt omnes gentes.  
Et benedicta in mulieribus, imò supra  
omnes mulieres. Primò, quia p̄rogati-  
væ virginitatis, adiunxisti donū fec-  
unditatis; imò quia primò omnium  
cum votō obtulisti virginitatem Deo, in  
omnibus alijs mulieribus maledictio-  
nē legis rescidiisti: sic proflis, vt sicut in *Deut. 7.*

veteri lege steriles habebantur pro maledictis, sic post hanc oblationem tuam status virginitatis antelatus, & beatior factus est statu matrimonij. Secundò, quia libera exitisti ab omnibus mulierum maledictionibus, quae sunt, conceperum cum virginitatis iactura, gestare vicecum fastidio & poena, & pare, re cum summo dolore. Concepisti enim saluo virginitatis fore, grauida fuisti sine molesta, & peperisti cum latitia. Neque solum inter mulieres benedicta fuisti, sed etiam inter Angelos ob gratiae plenitudinem, & puritatem tuae præstantiam benedicta deniq; inter omnes Sanctos per tuae charitatis eminentiam & perfectionem. O quam suauis est sonus verbi, *Benedicta*, nosfris aurib; quam dulcis palato nostris cordis nullus enim tantus peccator est qui non expertus sit se in multis gratias & benedictiones per Mariam accepisse. Quare vnuusquisq; inuitatur ad rependendam illi gratiam, & laudandum eam, ut dicat, *Benedicta tu*.

5. C O N S I D E R A quomodo cor Mariæ ad Angelicas salutationis vocet totum trepidat, non ob insolitum Angeli conspectum (sepè enim visceratur ab Angelis) sed ob diuinarum laudam,

dum, & epithetorum excellentiā quae suis meritis existimabat longe esse maiora. Propriam enim humilium est, demissè de se sentire, & difficulter credere quae indicant esse supra se. Turbata est itaq; Maria, sed nō perturbata, multo autem minus locuta. Secuta *Psal 76.* nempe exemplum patris sui David dicens, *Turbatus sum, & non sum locutus cogitavi dies antiquos*. M A R I A enim turbata est, sed non locuta, perpendens qualis esset ista salutatio. Turbabatur ex virginea verecundia, non perturbabatur ex animi incōstantia; tacuit & cogitauit intra se ex singulari prudentia. Reuoluebat mente singula verba huius cœlestis nuncij, & comparando paruitatem suam, cum magnitudine Dei, & infinita eius perfectione, nihil in se inueniebat dignum tanta prærogativa. Quare cogitationum variam tumultu implicita tota interioris commonebatur: quod diuinitus cognoscens Angelus, humili & blando sermone proprio eam nomine cōpellans, dixit: *Ne times M A R I A, quia inuenisti gratiæ apud Deum*, ac si dicere vellet. Magnam timendi causam habuit E V A, quæ non modò se, sed omnem quoque posteritatem

F 7 suam

134 M E D I T A T . D E  
suam diuina gratia spoliauit. at tu quā  
causā timendi habes, quæ gratia es  
plena, Dominum habes tecum, & be-  
nedita es in mulieribus? Tu, inquā,  
q̄ gratiam ab Eua missam, cū humili-  
mente, pīj' que desiderijs sedulo quæ-  
siūs̄, apud Deum nūc inuenisti?  
O humillima M A R I A , cur turbaris,  
cur miraris de aduentu Angelis? Ecce  
venit ad te is, qui longē maior Ange-  
lo: non mireris propter Angelum Do-  
mini, cūm Dominus Angeli tecum  
sit, ac denique quid mitum à te vide-  
ri angelum, quæ in terra vitâ agis an-  
geli? Quin ergo visitet Angelus illam,  
quam habet in viuēdi ratione sociam?  
cur non salutabit, quæ vñā cum illo  
est ciuis Sanctorum, & domestica  
Dei? & si scires M A R I A , quantum  
altissimo placet tua humilitas, &  
quanti te faciat, profectō non reputa-  
res te indignam hoc colloquio angel-  
ico. Iam qua ratione arbitrari te indi-  
gnam gratia Angelorum, quæ inueni-  
sti gratiam apud Deū, inuenisti quem  
quæsisti, inuenisti, quem ante te inue-  
nire potuit nullus. Quid verò est gra-  
tia illa, nisi pax quædam inter Deū &  
homines, destructio mortis, & vita  
reparatio? Hac ergo gratia est apud

Deum

B. V I R G I N E . 135  
Deum à te inuenta, quod, vti subiecit  
Angelus, concipies & paries filium, &  
vocabū nomen eius . E S V M . Ex hoc fi-  
lij nomine, prudentissima virgo, intel-  
ligere poteris, quā magna & sublimis  
sit gratia illa, quam apud Deum inue-  
niisti, quis paries Saluatorem (sicut di-  
xit Angelus ad Iosephū ( qui saluabit  
populū à peccatis eorum. Paries filiū  
qui reficiet salutem, concedet remis-  
sionem, adferet lucem, donabit vitam  
& portas cœli aperiet.

6. C O N S I D E R A Angelum, vt cla-  
m̄s exponeret Virginī, quantum pa-  
ritura esset filium, subiunxisse Hic erit  
magnus, & filius altissimi vocabitur,  
&c. Necdè aut dicit sors magnū, q̄ a me  
rebitur appellari filius altissimi, itn̄ æ-  
qualis erit altissimo. Quomodo n. nō  
poterit magn⁹ vocari ille, cuius magni-  
tudo nō habet finē de quo scriptū est.  
Quis magnus sicut Deus noster? Magn⁹  
ergo homo fuit Iesus, magn⁹ doctor, et  
magnus Proph. de quo scriptū est. V e-  
nebra Prophet⁹ magnus, & ipse renouabit  
Iherusalem, q. d. Angelus ad virginem  
Paries parvulum infantulum, sed in il-  
lā p̄mitate considera eius magnitudi-  
nem, quia à Deo magnificabitur cora  
toto mundo, vt oēs reges eum adorēt,  
&c.

*Psal. 72.**Isa. 7.**Matth. 11.**Psal. 79.**Isa. 6.*

& omnes gentes ei seruantur? O admirandus puerulus, & verè parvulus, sed non in sapientia: quia est ille, de quo scriptum est, quod sciet reprobare malum, & eligere bonum. Studeamus ergo & nos fieri parvuli & pueruli, imitando eius humilitatem & innocentiam: discamus ab eo, qui est mansuetus & humilis corde, ut magnus ille Deus non sit sine causa factus homo parvulus pro nobis, ne frustra sit mortuus, ne siustra sit crucifixus. Imitemur eius mansuetudinem, desideremus fieri passionum eius participes, & offeramus eum pro mediatore inter Deum & peccata nostra, idcirco enim ipse est, natus idcirco nobis est datus. Subiecit deinde Angelus, Dominum illi daturum sedem David patris eius, regnaturumque in domo Iacob in eternum. Magna res non est ei, qui sedet supra Cherubinos in excelso illo & sublimi gloriae throno (sicut vidit Prophetæ) promittere sessionem in throno terreno David patris sui. Quare aliam Hierusalem, aliamque dominum Iacob nobiliorem & sublimiorem intellexerit Angelus, in qua Christus regnaturus erat in eternum, cuius regni nullus futurus erat finis. Quæ vero aliae esse pos-

test preter ipsas fideliū animas in misericordiis David, & fidei Iacob imitantes? In his nunc regnat Christus per gratiam, regnabitque in eternum per gloriam Beati in quibus regnat Iesus, quia iijdem cum ipso quoque regnabunt sine fine. O quam gloriosum est hoc regnum, in quo vna conueniunt & conspirant omnes Reges & Principes terræ ad laudandum & glorificandum illum, qui est super omnes Reges & Dominos. O virtutē benedictus Apo. xp. Iesus quando veniet in regnum suum memor sit mei peccatoris, & in die illo quo regnum tradet Deo Patri suo, me dignetur in numerum suorum electorum reserare, ut à me vna cum alijs filiis suis laudetur & colatur. Veni in tera mi dulcis Iesu, & omnia scandalum regno tuo, id est, anima mea, tollas, ut tu solus in ea regnes & in eternum *Matth. 13.* tam possideas.

7. CONSIDERA quomodo hic usque Virgo acripi animo petractas qualis esset ista salutatio, prudētissimè contigererit, volens potius humiliiter silere, quam temere loqui. At ubi influita & roburata fuit, tum Angeli verbis exterius prolatis, tum ab ipso Domino, qui interius illam alloquebatur,

tur, & fide timorem, gaudio verecum-  
diam pellebat, dixit ad Angelum. *Quis  
modus fiet istud quoniam virum non co-  
gnosco, quasi diceret.* Cū Dominus me-  
us conscientię meę testis, conscius sit  
vōi, firmiꝝ propositi ancillę suę de-  
seruanda virginitate, aucto cognoscere  
viam, & rationem intelligere, quā diui-  
næ Maiestati placat me illud præstare.  
*O quaestio sapientie plena, & tanta vir-  
gine dignissima: iam enim illa legerat  
Virginem concepturam, paruramq;  
redemptorem;* quare diuini illius o-  
raculi certa, postulat ab angelo, quo  
modo & ordine id sit adimplendum,  
cō, quod Propheta, qui id futurū præ-  
dixit, nō simul exposuit modum, quo  
id fieri debuit, sed exponendum ange-  
lo reliquit. Respondevit ergo angelus,  
*Spiritus sanctus superuenies in te.* Era-  
quidem Virgo iam ante Spiritu san-  
cto plena, quia erat plena gratia, & Do-  
minus erat cum illa, sed idem spiritus  
de nouo cum nouis donis & charisma-  
tibus, quæ ante non habuerat, in illam  
est illa p̄s. Nā salua virginali integri-  
tate concipere, esse pariter Virginem &  
fecundam, esse matrem filij Dei, ha-  
omnes nouæ fuerunt prærogatiꝝ &  
gratia, quæ à Spiritu sancto illi super-  
uene-

uenerunt. Vnde bene subiunxit Ange-  
lus, *Ei virtus altissimi obumbrabit tibi,*  
quasi diceret. In hec tam nouo & sub-  
limi mysterio, à Domino in te decla-  
rādo, virtute aliiſſimi ita roborabere &  
firmabere, vt sentias gratiā, & nō amit-  
tas pudicitiam. Concipies filiū, q; virgi-  
nitatis tuę non violabit signaculū, sed  
in ſtar gratiſſimꝝ, ſuauiſſimꝝque plu-  
uꝝ deliceſt in te de celo, & in vtero  
tuo, tanquā ſpōſus in thalamo, requie-  
ſet. Vide, quomodo angel⁹ paucis his  
verbis perſpicuē significārit, omnes  
tres diuinæ personas concurrisse ad  
hoc mysterium, quia spiritus sanctus  
cum suis maximis donis superuenit  
Virginī, Pater ſua virtute obumbra-  
uit, Filius Dei ex illa carnem aſſump-  
ſit. Adiecit deinde angelus exemplum  
miraculoſi conceptus ſterili cognatae  
eius Elizabet, non vt virginem, qua-  
si dubiam & incredulam conſirmaret,  
ſed vt miraculum miraculo accumula-  
lans, gaudium gaudio adiungeret, at-  
que ita hoc nouo gaudio magis ido-  
nea redderetur, ad recipiendam incel-  
ſibilis illius dulcedinis & latitiz, quā  
aduentus filij Dei erat allatus, copiā  
& redūndātiā. Accedit, quod admō-  
dum conueniens erat arcanum illud

Eliza-

Elisabetha, quod postea erat publicandum omnibus, primum ex ore angeli paterfieri Virginis, ut quae iam in terra à Domino diuinorum consiliorum particeps facta esset. Cum ergo cælestis nuncius legationem suam absoluisset, tacuit, ac reverenter, & supplicans gestu ingenti desiderio consensus Virginalis prestolabatur.

3. LÆTARE nunc virgo filia Sion, exulta in corde tuo filia Hierusalem, ecce iam te audisti & credidisti, audisti pariter & modum, utrumque valde admirabile & incundum, Age ergo quoniam Dominus auribus tuis tantum attulit gaudium & lætitiam, audiamus nunc a te responsum exultatione & lætitia dignum. Audistite conceputurā parituramque filium, sed ope & virtute spiritus sancti, ecce angelum tuum responsum praestolante, tempus enim est ut reverteret ad Dominum, à quo missus est. Expectamus & nos, ô Domina nostra, sententia damnationis miserabiliter oppressi, verbum tuum misericordiae. En oblatum tibi nostræ salutis pretium. Vnde si consentis, mox liberati erimus: id ipsum, miserabilis Adam cum tota sua posteritate tanto tempore à Paradiso exulan-

te, supplex obtestatur, idem Abraham & David cum omnibus alijs sanctis Patribus habitantibus in regio-  
ne vmbra mortis precatur, idem de-  
nique flexis genibus, oculisque lachry-  
mantibus suppliciter à te expectat to-  
tus mūdus: & merito, nam ab ore tuo  
pedet misericordia consolatio, captiuo-  
rum redemptio, damnatorum libera-  
tio, & vniuersi generis tui salus. Da ce-  
go Domina velox responsum, non mo-  
do à terra, sed etiam ab inferno, & cœ-  
lato desiderio expectatum: imò Rex  
ipse & Dominus vniuersitatis huius,  
quantum spesiē tuā desiderauit, tantū  
nun expectat responsonis euse cōsen-  
sum, quia per illam constituit saluare  
mundū. Si ergo copiā illi feceris tui re-  
spōsi, faciet ille viciſſim copiam nostrę  
salutis. An non ipse est ille, quē tāto de-  
siderio quærebas, pro quo gemebas, as-  
noſtu diuque orando ſpirabas? Ecce  
tūs illa ipsa, tāto tempore promissa,  
illatantopere expectata, illa ab omnib.  
tādiu experita, & per quam ipse Deus  
Rex noster ante omnia ſecula decre-  
uit operari ſalutem nostram in medio  
tempore. Aperi igitur Virgo beatissima  
conuum fidei, labia confessioni, viſ.  
con tuo creatori. Iata verò perpende,  
quo-

quomodo illo temporis puncto virginis cor noue coelestisque lucis radijs, illustratum totum se conuerterit ad Dominum, sentiensq; se insolito charitatis ardore colliquefcere, sincero deuotionis affectu plena mente & corpore humiliter in terram prostrata, dixerit,  
*Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Overba abbreviata, sed omnipotentia, nam quod tot precibus omnes Patres antiqui impetrare non poterunt, illa his paucis simplicibus que verbis foeciliter obtinuit. O quam fuerunt profunda, quam sancta, quam dulcia, quam prudentia & considerata. Vide in quam paucis verbis, quot mysteria cora prehendantur, et tam sublimia, quam verba sunt humilia. Etenim hoc breui responso implevit coelum letitia, & omnes angelos exultatione. Spem erexit saeculo perduto, potestate infernales perterritur, ac Patribus sub eorum tyrannide obscurio adhuc certe conclusis, libertatis gratiam promisit. Vnde mox post cognitum Virginis responsum, cooperunt pariter omnium incredibili gaudio cantare, & Dominum laudare dicentes, *Benedic dominus Deus Israel, quia visitans facit redemptionem plebeia sua.*

Lac. I.

## 9. CON

9. CONSIDERATA tantopere placuisse altissimo humilem huius auctoritate sua consensum, vt post pronunciata verba illa, virtute spiritus sancti æternum verbum caro secundum sit, & Virgo Mater Dei. Dic nunc, beatissima Virgo quis sensus, quis tui cordis affectus fuerit illo momento, quo diuini verbi immensitas se abbreviavit, tuoque benedicto vero se inclusit? quando immensus ille diuinæ charitatis ignis, qui missus erat in terram, ad inflammandum rauendum, totus se contraxit & occulit in sacrâ visceribus tuis? quando incomprehensibilis illa Dei Maternitas cum omni diuinitatis plenitudine in virginem tuam delapsa sinum carnem assumpsit de carne tua, & ex filio altissimi, factus est filius tuus? Quæ elevatio mentis ob summum huius ineffabilis sacramenti stuporem, quæ suavitas, quæ amoris flammæ, qui caritatis excessus id temporis deuotum pectus tuum non occupavit? Si enim anima sponsæ ad auditam sponsi vocem taliques facta est, tu quomodo in inglese ipsius sponsi in virginem thalamum tuum, hoc est, inter tantas caritatis suamas tota cõfumpta non es? O quam veremagna fuerunt, quæ in te operatus

Cant. s.

et

est is, qui potens est: quæ quoniam nullo ingenio, nec humano, nec angelico comprehendendi queunt, expone ea tu, quæ sola ea comprehendisti, ac in te fæciliiter experta es. illo ergo pucto celebratae sunt in MARIA regia illæ nuptiae æterni verbi cum natura humana. Tunc adimplæ sunt figure, & scripturæ veteris documenta. Tunc finem habuere accensæ sanctorum Patriarcharum, Prophetarumque desideria & vota, Tunc stellarum cœliante, faciem Dei Sinai dulcissimum illud manna, illum veram & viuum panem, qui darurus erat vitam & salutem mundum. Tunc de monte abscessus est, sine trahibus humanis parvus ille lapis, quideinde cresceret impleuit totâ superficiem terræ. Tunc fecit Deus nostrum super terram, ut foemina citra varioperâ, sua propria carne vestiret hominem. Tunc magnum ille legislator ex ælesti monte descendens, ad damnam nouam legem roundo, facie sumam diuinam operuit velo carnis nostre mortalis, ut possit in terra viuere, & inter homines conuersari. Tunc denie misericordia & veritas obuiauerunt eum, & iustitia & pax se mutuo oscularunt, perfectoque completum & com-

*Psalm. 67.**Dan. 2.**Bre. 37.**Exod. 34.**Psalm 34.*

summatum est magnum diuine pietatis sacramentum, quod postea manifestatum in carne, iustificatum in Spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, ereditum est in mundo, & assumptum est in gloria; ubi simul cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula sæculorum. Amen.

COLLOQUIVM.

LETARE benedicta super omnes mulieres, gaude angelorum gaudium & pax hominum, salus mundi & exultatio totius generis humani. Gaudete, & nos quoque miserandos Eum filios fac participes tanti gaudij & exultationis, oro igitur te per hanc incomparabilem dignitatem tuam, & per plenitudinem gratiae, qua omnipotens DEUS te eo usque extulit, ut tibi vna cum ipso omnia essent possibilia, velis ab ipso Domino copiosam & efficacem gratiam mihi impetrare, qua eundem Dominum possim spiritualiter concipere, & in anima mea semper conseruare, atque ita merear per Dei misericordiam fieri particeps beatissimi præmij, & glorie, quana nunc possides in celo. Nam Deus in hanc finem per te fecit & nostrum

G. fra-

fratrem : ut sicut ille dignatus est fieri nostrae humanitatis particeps , sic nos quoque mereremur fieri consortes sue diuinitatis. Supple ergo Virgo clementissima meam insufficientiam , imbecillitatem virium mearum confirma , ut ad eum finem peruenire possim , ob quem Dominus ex tuo vtero castis simo carnē suscepit. Noli mater nostra ad preces nostras viles misericordia tuae claudere: si enim tu , quae es mater Dei , ac proinde & mater misericordiae atque gratiae , donum neges misericordiae , quid faciet inops anima nostra , quae ibit , quō se conuerteret? Succurre ergo mihi o mater misericors , neque ad multitudinem peccatorum meorum respicias , quia Creator noster non ad condemnandos , sed ad seruandos peccatores carnē ex te assumptus . Recordare te quoque ratione peccatorum ad tantam dignitatem euectam ; vt eies mater Dei , Regina mundi , culta & honorata ob omib[us] creaturis.

## D O C V M E N T A .

1. **B**EATISSIMA Virgo animadueto sensim modo tam insolito , & tanto laudum praeconis salutari ab Angelis turbata est , seq[ue]tis colligens examinans

B. VIRGINE. 147  
qualissimam esse ista salutatio. Unde milieores omnes discere possunt , si quando ab aliquo prater morem laudentur . Et verbi aqua humani ribus honorentur ; ipsi quoque debere conturbari , & suspicium habere laudatorem: Si enim fui sit Virginis turbari ad verba Angeli , quā tu iuficiis turbari debent alia fratres ad verba hominum: maximè hoc tempore , quō inter homines tanta regnat malitia & iniurias.

2. Si dignè volumus salutare gloriosam virginem , ita ut salutatio nostra sit grata & accepta , operi dare de bonis ut comitem primo nobiscum habeamus puritatem cordis , quod faciemus , si desistamus à peccatis , & vitam nostram emendemus: unde & hic angelus purissimum mundissimum spiculum Virginem salutavit. Secundo debemus eam salutare fideliter , hoc est , non ore tantum , sed etiā corde & opere , non tepide , sed ardenter , dedicando totum cordis officium , omnesq[ue] vires nostras in eius cultum & servitium , quod significatum est nomine angelii Gabrielis , quod interpretatur fortitudinem Dei. Tertio debemus eam salutare reverenter & humiliter , sicut quoque ab angelo fuit salutata , nepe maxima submissione. Deni-

qua

G a

qua

q̄e salutanda est nobis frequenter omni loco, & omni tempore, qui enim hunc morem habent, non dubium, quis viciissim fructum sua salutationis ab ea recipiant: nam cum illa sit humillima, non designatur resalutare suos salvatores: Ergo si sanctis votis & desiderijs, ceterisque & denotis salutationibus ei obvici precedamus, nō negliger illa cum auxilijs opportunit, & donis caelestibus nobis occurrere, si ut de ea scriptum est, obviciabit illi, quasi mater honorificata.

**Zeccl. 5.**

3 Beata Virgo, nō modo fuit humili mente, sed etiam sermone & opere, cordi quidē humiliatem demonstravit, dum se tāris angelī laniib⁹ indignam reputans, non gauisa, sed turbata est. In sermone quoq; humilem se offendit, quād de ceteris factis se esse electam in matrē Dei dixit: Ecce ancilla Domini. Operū etiam demonstravit, quando post conceptum Dei filium se contulit ad visitandam & iuuādam cognatam suam Elisabet. Vnde discimus verum humilem non esse, qui tribu illis modis non demonstrat humilitatem. Sunt enim qui magnam humilitatem declarant verbis, sed si quid ab alijs illis dicatur contra eorum existimationem, mox offenduntur. Simi & alij qui humiliiter de-

sentiūt, sed ab alijs tales habent volunt, nec induci possunt, ut se vel cor am aquas lobus, vel inferiorib⁹ humiliet. Alij versunt, qui facile quidem exercent se in operibus humilibus & abiectis, sed in yō suā querunt laudem & existimationem. Omnes hi erunt huius virtus: merito, iij enim solum verē humiles sunt, qui beatissima Virginis exempla evigatorib⁹, verbis & factis semper se humiliates demonstrant.

4. Beata Virgo audiētanta encomia, turbata est: hoc unum ex certiūbus signis hominis corde humili est. si ad laudes suā turbetur, emq; molesto ferat & contra, si ob cōz umelias & irritaciones hominū, latetur & gaudent. Qui vero lascivitatis gestis in ludibriis suis, & vanilie magis, qui ipse predicant & ostentant res suas, eo quod in aliquo pretio haberantur: ac persus ē, qui datus nulla vel exigua eorum ratio haberet, aut premitie non honorantur, mox persubtant & grauare ferūt, omnes eiusmodi quantumvis honestam vitam, atque etiam religiosam ducent, potius viam superbia, quā humilitatis ingressi sunt.

5. Beata Virgo, sum apparuit ei Angelus, domi erat, et cubiculo suo inclusa. Si digni esse volimus caeli visitatione

## 150 M E D I T A T . D E

*internisq; consolationibus, operam debemus addibere, ut in nobis ipsis collecti simus. & à nimis hominum consuetudine abstracti. Nam verba quibus nō aliquantur Spiritus sanctus, sunt admodum delicatae & suavissimae. Vnde nec audiiri possunt ab hominibus occupatis & distractis, sed solum à quietis & solitarijs, secundum illud scripture. Diccam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius.*

6. *B. Virgo ad fons lacrimarum salutationem Angeli cum tanta laude coniuncta turbata est, qd seipso collegit. Vnde discimus afflitione consolationum spiritualium copia, roburq; huius mundi prosperitate cunctis nos potius deberet timere, ob pericula grande nobis impendes. Cetera vero irrumebat in nos afflictionibus & calamitatibus, potius letari, tū ob maiorem securitatem talis fuit, tū etiam ob magnitudinem meriti.*  
 7. *Virgo benedicta cū verbis angelis esse turbata, antequam respöderet, seipso cogit: quo exemplo docemur, dū sentimus nullaque perturbatione metu vel trepidatione commoueri, potius tacendum, quā aliquid decernendū esse, deinde considerādū quid facto op<sup>r</sup> sit, ne quid dicamus vel faciamus, cui<sup>r</sup> nos postea pauciteat cōuenientē documento sapiētis. Fili sine cōsilio nihil facias, & post factum non pœniterebis.*

Ecol. 32.

QVO

*Iacob Colletti sculps.**Vnde hoc mihi, vt mater Dñi mei veniat ad me. Iac. i.*

QVO MODO  
B E A T I S S.  
VIRGO VISITARIT  
ELISABETHAM.  
COGNATAM.  
S V A M.

MEDITATIO VI.  
EVANGELIVM.

Exerc.

**E**XVRGENS MARIA in diebus illis abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intravit in domum Zacharie, & salutauit Elisabeth. Et factum est, ut audiuit salutationem Marie Elisabeth, exultauit infans in utero eius, & replera est Spiritus Elizabet, & exclamauit voce magna & dixit, benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce

causa

B. VIRGIN E. 153

enim ut facta est vox salutationis tuae in aurib. meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & beata quae credidisti, quoniam perficietur ea quae dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo. Manifestarem Maria cuni illa quasi mensibus tribus.

FIGVRAE.

**I**UDITH cum capite Holoferne in Bethuliam reverentem, totius populigratulatione & applausu recepta allocutio est princeps Ozias. Benedicta es filia a Domino. Deo excelso praes omnibus mulieribus super terram.

2. Consobrini Tobiae, cum cognoscentem prosperos eius post tot aduersus successus, cum gaudio eum visitarunt, & congratulati sunt de omnibus bonis a Deo illi praestitis.

G F 3. AN-

## 154 M E D I T A T . D E

1. Reg. 2.

3. ANN A mater Samuelis sterilia, filio à Domino donata, adorans Deū dixit : Exultauit cor meum in Domino, & exultatum est cor meum in Deo meo.

## P R O P H E T I A.

Psal. 34.

1. **A** N I M A mea exultabit in Domino & delectabitur super salutaris suo.

Esa. 49.

2. Dominus ab vtero vocauit me.

Ier. 1.

3. Antequā exire de vulva sanctificauit me, & prophetā in gentibus dedidit me.

## C O N S I D E R A T I O N E S.

1. **V**IRGO sanctissima post angelici discessum plena remansit duplice gaudio, tum ob diuinam filii Dei incarnationem in se peractam, tum ob admirandum & insperatum nuncium de sua cognata Elisabet, quę in extrema sua ienecta, & sterilitate antiqua ex singulari Domini dono conceperat filium. Quare &c illico consilium de cōsideranda cepit, partim vt ei gratularetur de tanta gratia diuinitus concessā, partim

## 2. V I R G I N E.

tim quia voluntas erat filij, vt eam inuisret, quo sua diuina præsentia, & spiritus sancti infusione suum electū & dilectum amicum Ioannem adhuc in utero matris existentem quasi baptizaret & sanctificaret. Quid quæsio Virginem ex solitudine illa tantopere amata extraxit, nisi officiosa & prodigiosa eius charitas ? Haec fecit, vt illa, qua tanta erat quietis amica & contemplationis, consuēratque sola in cubiculi sui secretoviuere, nec mollitic eratus, nec verecundia virginibus innata, nec asperitate montium, nec itineris longitudine vel molestia posuerit retardari, quin in publicum prodiret, & officia omnia Elisabetha deferret. Charitas omnes inducas, omnem tarditatem, omne orium eripuit. Caritas reddidit pedes eius ad currendum veloces, & ad insolitam fatigationem tolerandam alacres, totūq; itineris molestias mitigauit. Charitas eam permouit ad incundam sponte hanc visitationem, ad ingrediendam dominum alienam, quō non erat inuitata, nec expectata. Caritas deniq; effecit, vt non iret solum salutem cognatam, sed etiam ad operam suam in ministerijs domesticis præstandam:

G 6 iam

iam enim probè intelligebat (vt illa quæ Christum Dominum iam in invito gestabat), fraternæ caritatis obligationem, hoc est, quemadmodum alter alterius onera portare, sancis ministrare, honore inuicem preuenire, cum sollicitudine & furore Spiritus proximorum necessitatibus subuenire debeamus, Vbi quoque perpende, magnam eius humilitatem, quod euæ ad tam sublimem statum, qualiter etat, esse matrem Dei, quæ meritò & visuari, & ab omnibus gentibus coli & honorari debebat, non degignata sit se demittere, & ea officia subire, quæ inferiores solent præstare superioribus. Nec mirum: habebat enim prudentissima virgo à cœlesti Patre eruditæ perspectum filij institutum, de quo scriptū erat, q̄ per viscera misericordie sue visitasset nos oriens ex alto, nullaque habita suorum commodorum ratione nostram virilitatem, propriæ vige & honori anteposuisse. Non secus Virgo, (quæ vitam suam ad exemplum filij instituebat) posthabito suo commendo & solatio, in viam se dedit cum ranta humilitate & festinatione ad visendum, suaque præsentia & seruitio confolandam coguatam.

2. EX.

2. EXVRGNS igitur Maria, abiit in montana; congruerter autem Virgo in montana abiit post visionem angelicam, quia post degustatione cœlestium cimii dulcem diuinem humilitatis passibus virtutum culmen concendit. Conueniebat ut alta loca peteret, quæ in beato vtero suo receperat filium altissimi, hoc est, ut conuersatio eius non esset amplius in terra, sed inuentem altius attolleret ad vitam nimis cœlestem, ad opera cœlestia & diuina. Exurrexit quoque Maria, & in Montana ascendit, quoad personæ suæ dignitatē, quia è Virgine & infecunda, facta est mater, imò simul fuit Virgo & mater, priuilegio tam singulari, ut nulli unquam id concessum fuerit, nec cœcedi debuit, nisi illi, quæ erat electa in Matrem Dei. Exurrexit denique Maria, quia ex humili ancilla facta est æterni Patri filia virginis filij eius mater, & Spiritus S. sp̄o. Abiit quoq; *Maria in Montana*. Quid verò aliud designant *Psal. 36.* hi montes, nisi montes sanctos Israël, montes excelsos, montes aromatum *Cant. 2.* Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, aliorumq; omnium Sanctorum veteris & nouæ legis. Imò ascendit longius usque ad Angelorum,

G. 7

cho.

158 M E D I T A T I O N E  
choros : sed neque inter angelos sub-  
sticat, immo transcendit colles illos æter-  
nos, nam per abundantiam gratiæ, &  
puritatis ac perfectionis excellentiam,  
omnem coelestem creaturam excessit.  
Itaque hæc sanctissima Virgo etiam  
antecelluit potestatibus, & dominati-  
onibus, atque etiam Cherubinis, & Se-  
raphinis ; donec peruenit ad fontem  
illum purissimum, ad virtutum, per-  
fectionumque Dominum , cuius illa  
(sua carne eum vestiendo ) facta est  
Mater , imo illa erat mons altissimus  
domus Domini, de quo dixit Propheta:  
*Erit in nouissimis diebus preparata*  
*mons domus Domini in vertice mon-*  
*tium, & elephas sit super colles.* Verè al-  
tus mons erat Maria. Sed vide quomo-  
do illa in sublimi suo statu, oblitera non  
sit, se quoq; esse liliū vallium : nā mox  
arque aduerit se factam Dei matrem,  
magna festinatione descendit, & se con-  
gnata suę velut ancillam subiecit. Quod  
humilitatis profundæ exemplo facile  
declarauit se esse matrem eius , qui cā  
eret in forma Dei , scipsum exinan-  
uit, & propter hominem, formam ser-  
ui assumpsit. O anima mea, si tibi illa  
felicitas contigisset, obuiate Virginem  
per mortana cū festinatione occurreret  
iamq;

Eccles. 2.

Phil. 2.

B. V I R G I N E . 159  
iamq; aliorum sermone didicisse rit-  
gunculam illam habitu corporis tam  
simplicem & pauperem , esse matrem  
Dei, angelorum Dominam , reginam  
caeli & terrę, ipsumq; Deum totius or-  
bis conditorem, gubernatoremque in  
forma pusilli infantuli vtero eius in-  
clusum, quanto stupore & exultatio-  
ne mēris, & quasi à sensu alienata ma-  
gna voce eam cępisse prædicare bea-  
tam & fortunatā, abiectaq; ex reuera-  
tia in terram genibus flexis, post cā ab-  
eūtem procepissēs, magna voluptate,  
deuotisque lachrymis oscula infigens  
sacrorum eius pedum rēstigij;

3. I N T R A V I T Virgo in domum  
Zachariæ, desiderio religiosam cogni-  
tam suam visendi. Vbi vide nō dedig-  
nati Mariam ire ad Elisabetham, Christum  
ad Joannem , Dominam ad an-  
cillam, Dominum ad seruum. Ac pri-  
mo quidē Virgo, vt humillima, Elisa-  
bethā salutauit, nos tanquam dubia  
(quasi testimonio Elisabethæ probare  
velit verba ab angelo sibi dicta ) sed vt  
eicōgratularetur , & officia quoq; sua  
illi offerret, vt quæ iam gestate, atq; etiā  
onere partus grauis, aliquo auxilio o-  
pus habebar. Elisabetha verò mox, vt  
audiret vocem salutantis Mariæ, imo  
Chriſtī

160. MEDITAT. DE  
Christi ipsius, Salvatoris sui, & Domini,  
qui per os matris illam talutabat,  
infans Iohannes visceribus eius adhuc  
conclusus, tanquam intima carnis  
sponsi amicus, fuit ab illo repletus Spir-  
itu sancto, ac Propheta, & precursor e-  
ius constitutus. Vnde & gratiae filius,  
quoniam a Domino recepit, participem  
fecit & Matrem, implens eam spiritu  
propheticō, quo uterque illuminati &  
docti. Elisabetha quidem cognovit que-  
nam esset illa, a qua salutaretur, atque  
ideo illi tanquam Domini Matricum  
debita reverentia benedixit. Iohannes  
vero, accelerato in eo diuinatus ratiois  
vsi, intellexit utero Virginis inclusum,  
Dominum suum esse & Deum.  
Vnde cum lingua & voce non posset  
exultatione animi & motu corporis, e-  
ventre prodire conantis, ut obuiam or-  
eturat, & reverentiam exhibeat, cum  
salutauit. Vide, quomodo adhuc ages  
in utero prophetate incipiat, suaque  
exultatione mundo annunciat filij  
Dei aduentum, & quasi e maternis visce-  
ribus vociferatur, & dicit: *Ecce agnus*  
*Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Dic  
Sancte infantule, Dic omnibus Pro-  
phetis maior, & plus quam Prophetis,  
vnde tantum tibi gaudium, & exul-  
tatio?

1. Iohann. 2.

161. R. VIRGINI. 162  
tatio? nondum es natus, & iam prophē-  
tas non vides matrem Domini, & vo-  
cem agnoscis? & quanto lector ad eum  
recipiendum abiisses, si tuis oculis e-  
um videre potuisses, & Propheta altissi-  
mi, bene appareret, quantum fuerit tu-  
um desiderium aduentum huius Sal-  
vatoris annunciandi, ante faciem eius  
venieendi, & dligito illum toti mundo  
demonstrandi. Nam neccundum natura-  
lē incipis eum annunciatore, & nondum  
conspicula luce das testimonium de ve-  
ra luce, & utero adhuc conclusus & al-  
ligatus, conarie curare & officium ex-  
ercere praecursoris. O si natus fuisses,  
tuusq; oculis cum intueri, & manibus  
contingent valuisse, quanto maiori  
fuisse tua exultatio, quanto maiori  
gaudio obuiam illi processuisse: & sup-  
plex adorasses?

4. ITAQUE Elizabetha, vt diuinis-  
tus cognovit, si salutari a matre Salua-  
toris mundi, Domini sui, ineffabili le-  
xit gaudiens, ei occurrit; & suauissime  
amplexa est, nimioque gaudio exiliens  
magna voce exclamauit. Et recte ma-  
gna voce, quia magna erant dona, que  
agnouerat in Maria. Magna quoque  
voce, quia agnouit magnum illum  
Deum, qui existit in omnibus locis, i-  
bi

162. M E D I T A T . D E  
bi corporaliter esse præsentem. Exclamauit ergo voce magna, non tumultuosa, sed deuota; nec enim poterat exiguae deuotionis vocibus collaudate Deum illa, quæ Spiritu sancto plena tota charitate ardebat, quæ in vtero suo gestabat illum, quo inter mulierum natos non erat maior. Exclamauit igitur & dixit, *Benedicta tu inter mulieres*  
*& benedictus fructus ventris tui, qui*  
*tam copiosis benedictionibus dulcedinis sua te diuinitus præuenit.* *Be-*  
*nedita arbor.* Benedictus arboris fructus. Benedicta virga radicis leste, & benedictus flos. ex tali radice procedens. Benedicta talis mater, & benedictus talis filius. Imò ô mater beatissima non solum es benedicta inter mulieres, sed etiam inter mulieres benedictas uberi benedictione es Benedicta. Nam ab hoc benedicto tuo fructum gloriata saluus virginem integratam flore recepisti. Benedicta inter mulieres, quæ tuo diuino partu omnibus mulierum filijs exclusa & sublata est prima matris nostra maledictio. Et benedictus fructus ventritui, cuius opera incorruptibilitatis & supernæ hereditatis semen in Adam perditū gratiōē est restitutū. Fructus

*Psalm. 24.*

163. V I R G I N E .  
verè benedictus, non benedictione generali (vt aliorum omnium Sanctorū) sed, vt loquitur Apost. quorum Patres, *Rom. 9.*  
*ex quibus Christus secundum carnem,*  
*qui est super omnia Deus benedictus in*  
*facula.* De hoc fructu loquebatur Propheta, quando dixit: *Dominus dabit Psalm. 24.*  
*benignitatem, & terra nostra dabit fru-*  
*ctum suum.* Benignitate vius est Dominus nobiscum, quando constituit Virginem filij sui opera genus humanū ab aeterna maledictione vindicare. Virsus est benignitate, quando ingrediens mundum spiritus sancti gratia, conservauit veteri virginis templum ipsius Mariae. Et tunc terra nostra dedit fructum suum, quando eadem Virgo ex sua carne terrena genuit filium secundum diuinitatem Patri æqualem, sed secundum veritatem carnis matris substantiam. De hoc fructu quoque dixit Propheta. *In die illa erit ger- Isa. 40.*  
*min Domini in magnificencia & glo-*  
*ria, & fructus terre sublimis.* Tunc germe Domini magnū fuit, & gloriolum, quando Filius Dei apparet temporaliter carne nostra induitus, cœlestium virtutum splendore clarus in mundo resulſit, & tunc fructus terre fuit sublimatus, quando caro illa, quam

quam Deus de nostra natura mortali assumpsit, suę resurrectionis virtute facta immortalis exaltata & euceta est supra coelos. O Virgo felicissima, quā benē dixisti, te ab omnibus generationibus appellandam beatam: nam Gabriel in persona omnium angelorum, & Elisabeth in totius humani generis persona nunc appellārunt te supra omnes alios benedictam & beatam.

*S* V B I E C I T deinde Elisabeth. *E*s  
*vnde hoc mihi, ut venias mater Domini mei ad me?* quia diceret. Ego, ut serua & ancilla, potius debui venire ad te, sed magna tua, tuique filij humilitas impulit te venire ad me. O quanta humilitas late in mente huius sancte mulieris. Cognovit Elisabeth matrem esse Domini quem ad ipsam venit: sed quia animaduertebat se tanti menti nō esse, ut à tanta hospite inuiseretur, dixit: *Vnde hoc mihi?* Nec mirum quia Spiritus ille, qui ei cōtulit donum prophetiae, dedit quoq; donum humilitatis, ac illo quidē agnouit ad se venire matrem Saluatoris: hoc verò se esse indignum, quę ab ea visitaretur. Verū quid admiraris tantopere Elisabeth Matrem Domini venire te visitatum admirare potius, quod ad imitandum filium

Allium suū veniat, nō ut tibi seruiatur, sed ut tibi seruat. Vbi nota & illud, admirationem hanc nō tam fuisse Elisabeth, quam infantuli Ioannis, qui in utero materno agnoscens Christi presentiam per os matris exclamauit, dicens: *Vnde hoc mihi, ut venias mater Domini mei ad me?* Sicut postea factus iam vir hæc ipsa verba, quę nunc per os matris protulit, cum baptismo causa ad ipsum venire Christus, proprio ore enunciavit. *Ego, inquiens, à te debeo Mariam.* *b. 3.* *h*ab. *Et tu venis ad me?* Subiecit Elisabeth: Ecce, ut facta est vox salutatōnis tuę in auribus meis, exultauit in gudio infans in utero meo. Vide quam velox & mirabilis sit operatio Spiritus sancti, quam citè anima sub hoc cœlesti doctore aliquid discat, nam eo ipso momento, quo vox Mariæ peruenit ad corporeas aures, subito Spiritus sancti virtus ingressa est cor eius, qui eam audierant; nec solum matrē, sed etiam infantulum utero eius inclinatus amore Dei ibi præsentis accendit. Vnde Elisabeth, quicquid per internā inspirationem didicerat, ccepit extensis præsentibus annunciarē & prædicare, dicens: *Besta qua credidiisti, quia penitentia in te, quę tibi dicta sunt à Domi-*

Domino. Vbi vide, quam bene idem  
Spiritus, quo hęc sancta mulier repleta  
fuit, eam instruxerit non solum in re-  
rum p̄ficiatuum scientia, sed p̄teri-  
tarum quoque & futuratum Cognos-  
uit Elisabeth p̄sensit; vocando virgi-  
nem Domini sui matrem, & fructum  
ventris eius benedicendo. Cognovit  
quoque p̄terita: quia vocando. Vir-  
ginem beatam quod credidisset, decla-  
ravit se ignorari non fuisse de verbo-  
rum ab Anglo ad eam dictorum, &  
consensus ab ea p̄testi. Habuit p̄-  
terea scientiam futurorum, cūn dixit,  
in Maia omnia perficienda, quæcum-  
que de illa dicta fuissent à Domino. à  
quis sermone vel cogitatione consequi  
poterit, quanta Spiritus sancti gratia  
plena fuerit beatissima mater Dei, si  
tanta cælestiū donorū lux in matre p̄-  
cursoris Elisabetha emicuit? Si talia fū-  
re charismata & priuilegia à Domino  
concessa ancillę, qualia arbitriamur fū-  
isse collata sanctissime eius manu?

7. C O N S I D E R A quomodo Maria  
cognito Elisabethae responsos quo tan-  
topere laudabatur & magnificabatur,  
licet in corde exultarit, tamen ad tan-  
tas laudes pudore suffusa fuerit: quan-  
tum scipiam humiliavit omnia i-

De

De bonitati & liberalitati attribuēdo,  
& quantas subinde gratias pro singula  
si hoc beneficio sibi, totiisque generi hu-  
mano p̄stato egerit. Deniq; cūm ani-  
maduerit gratias & dona sibi à Do-  
mino cōmunicata, virginæ verecūdia  
& humilitate hastenus ab ipsa celata,  
reuelatione Spiritus sancti ore aliorum  
patescunt: ilicd ipſa q̄d q; nolens am-  
plius ignem diuinum in pectore suo  
ardentem latere, cœlestes sui cordis  
thesaurum aperuit, sublati que oculis  
& manibus in cœlum profunda hu-  
militate & deuotione, admirabile il-  
lud Canticum pronunciavit. *Magni-  
ficat anima mea Dominum, Et exulta-  
vit Spiritus meus, in Deo salutari meo.*  
zcs diceret. O Elisabetha tu magnifi-  
cas & laudas me, propter bona, quæ in  
me vidiisti, sed anima mea magnificat  
Deum Dominum suum, à quo om-  
nia ista bona mea profecta sunt. Simi-  
liter Ioannes infans gauisus est, & ob-  
p̄sensitiam meam exultauit, at spiri-  
tus meus exultat tantum in Deo suo  
salutatore. O quam libenter, quanto-  
que affectu deuotionis hęc benedicta  
virgo in anima sua laudarit & magnifi-  
cat Dominum illum, à quo sic beatissi-  
mopere exaltatam & magnificaram  
O quam-

O quanto maiori gaudio & exultatione, quam fecerit, completus fuerit Spiritus eius: Iohannes enim tantum exultauit ob Christi presentiam, sed illa exultauit, quod ipsum Christum semper secum haberet, & in utero suo gestaret. O quam deuotissime in corde suo humiliari & abiecerit, dum cogitaret. Deum ex tota mulieribus, in se solam pauperculam ancillam oculos suos coniecisse, vnde & dixit: *Quia respexit humilitatem ancilla sua.* O Virgo scelissima, quis sensus fuit tui amoris cordis, cum videres te tot, tamque admirandis donis a Domino ornatum & circumfusam, diceretq; *Quis fecit mihi magna qui potens es?* Sed age, que fuerunt illa magna & mirabilia, que fecisti Dominus, & in te operatus est? verè fas non est, ut nos ea indagemus: sed nec vila intelligentia creat comprehendendi possunt: quare tantum admirari ea licet, & in consideratione eorum obstupescere. Tu ergo, in cuius sancta anima & corpore Deus tam magna operatus est, fac nos illorum particeps, ut tecum exultare, cundemque Dominum suis laudibus celebrare possumus.

7. CONSIDERA quod sequitur  
quen-

quemadmodum sanctissima Virgo cū Elisabetha permanerit quasi mensibus tribus, idque conuenienter: vt nempe hoc temporis spatio Elisabeth à Maria, & Iohannes a Christo accurius erudirentur. Vbi cogitare potes, si primus Virginis in domum illam ingressus tantum attulit fructum, ut ad eius salutationem Iohannes p̄gāudio exultarit, & sanctificatus fuerit, ac etiam mater fuerit impleta Spiritu sancto, quamam putamus in uteroque accessione ad Sanctitatem factam esse tam diuturna cohabitatione? Si Jacob Patri *Gensef.30.*  
archa sua praefacta in ædib. auunculi sui Laban idololatræ, toti familiæ benedictionem attulit; & arca testamenti totius domum Obededom, quādiu in ea erat, benedictione impleuit, quā eximis & singularibus benedictionibus arbitrabimur dotata in fuisse dominum Zachariae, in qua rādiu permanet sanctissima mater Dei? immo Deus ipse in illa, à quo continent profluebant & redundabant omnia genera charismatum & benedictionum? O quam ingens fuit commune illud duarum felicium Matrum gaudiū; quam dulcia, cœlestiaque colloquia fuerunt inter eas instituta. O beata domus, in

170 MEDITAT. DE  
qua simul vinebant matres tales, nem  
pe Maria & Elisabeth, & secundat tali  
prole Iesu & Ioanne. Vbi contemplare,  
quo Elisabetha vicinior erat partui, eo  
maiores ex gestatione vtei passam  
molestias, & ideo Bearam Virginem  
Dei matrem, summa humilitate, cha  
ritate, & sollicitudine eam consolatam  
fuisse, omniaque officia & ministeria  
illi obtulisse. Ex alia parte, si Elisabetha  
ex visitatione Deiparæ tantam admis  
sionem cepit, vt exclamans diceret.  
*Vnde hoc mihi. ut mater Domini mei  
veniat ad me? quantum capere de  
buit, imò quanto pudore suffundi,*  
cum videret eandem causa sua, tam  
abiecta domi obire ministeria, ancilla  
rum propria? Cæterum qua exem  
plio filij sui (vt dictum est) non venerat  
ministrari, sed ministrare, si quando  
Elisabeth, ut verisimile est, illi prohibi  
beret, ne se nimium abiiceret in qui  
busdam rebus, tum mater ad matrem  
illa verba usurpabat, quæ postea usur  
pauit filius ad filium, *Sine modo, si  
enim decet nos implere omnem iustiti  
am.* Considera denique N. Virginem,  
cum iam ferè tres mensis effluxissent,  
ante Elisabethæ partū (id enim histo  
ria Euangelica videtur maxime cor  
recta) cum bona

*Mattib. 3.*

fer.

B. VIRGINE 171  
fentaneum) cum bona Elisabethæ ve  
nia domum reuertisse. Quod magna  
cum prudenter factum est. nec enim  
virginæ eius puritati conueniebat,  
mulieri parienti adesse, multoque mi  
nus vt obstetricis obiret munera. Ac  
cedit, quod cùm ad Elisabethæ partū  
futurus fuerit magnus hominum, tū  
cognatorum, tum vicinorum concur  
sus, vt ei congratularentur, visum est  
faustissime Virgini, quæ iam alias soli  
ta erat turbam & conspectum homini  
num desuggerre, se solitudini cordis sui  
committere. Hic iam perpende, si tan  
tam laetitiam & exultationem suo ad  
uentu illi attulit familiæ, quantum  
mœrorem conciliavit suo decepsit: mi  
nus certè fieri non potuit, quām, vt  
tum Elisabeth, tum ipse Ioannes vber  
tum per oculos matris illachrymarent,  
& signa doloris ederet, sicut signa gau  
di ediderant per eius aduentum.

8. O anima mea, quæ semper est tam  
arida & frigida, nec ullo exultationis  
vel gaudij spiritualis sensu tangeris: sed  
quid mutuū imper enim hæres in valli  
bus, & depresso huius terræ locis, du  
cendis sensuum tuorum gragibus, &  
pascēbis eorum capillis rātu intēnsis,  
sic prostrus, vt nunquia mētē attollas sur  
sum

A 2 sum

172 MEDITAT. DE  
sum cum desiderio tendendi ad perfec-  
tionem, & sanctorum conuersatio-  
nem. Exurge tandem: & mente saltem  
considerationeque pete iuga monti-  
um, si forte spiritali aliquo gustu tan-  
garis suaissimorum complexuum,  
qui inter Virginem & Elisabetham ex-  
stiterunt; si adlubescat officiosa illa a-  
morisque plenissima mutua utriusque  
consulatio, vt causam exultadi cum  
Ioanne habeas, & solatium cum Elisa-  
betha commune accipiendi, ac ob tot  
beneficia spiritalia tibi, licet immeren-  
ti, collata. vna cum matre sanctissima  
accinere possis sacram illud canticum,  
**Magnificat anima mea Dominum.** Acce-  
de ergo anima mea, & quantu potes, la-  
bora, vt tantis gaudijs interesse possis:  
abiece te ad pedes nunc huius, nunc il-  
luis, & in vtero Matris sponsum tuum  
coelestem adora, venerare quoque fi-  
delem eiusdem sponsi amicum in vte-  
ro Elisabethæ delitescensem. O pecca-  
tores erigite animos, & nolite despera-  
re, si enim tanta est Mariæ caritas, vt di-  
gnata sit visitare Elisabeth, eiique licet  
multo inferiori seruire, non digne-  
bitur quod; ad vos solandos & iuuandos  
venire: nec vñquam veniet vacua,  
quia secum desert fructum sui ventris,

hoc

B. VIRGIN. 173  
hoc est, eum Saluatorem nostrum, vi-  
tam nostram, & omne benum nostrum.  
Beati, qui visitantur à Maria, Beati, qui  
obuiam eunt Mariæ, nam sicut scriptu-  
ræ est, qui inueniet illam, inueniet vitam,  
& salutem à Domino.

C O L L O Q V I V M.

**O** Virgo gratosissima, & plus quam  
angelica, in cuius labijs terra est  
gracia diffusa de celis, vt ad saluta-  
tionis tuæ vocem loânes in ventre ma-  
tris à Deo fuerit sanctificatus, & spiri-  
tu agnoscens Salvatoris aduentus sum-  
mo gudio exultârit; ipsa quoque Elisa-  
beth spiritu sancto plena prophetârit,  
totque diuinorum mysteriorum no-  
titiâ accepit: obsecro te per incre-  
dibilem gaudium quo tota illa Zacharie  
domus perfusa fuit, & per ineffabiles  
illas ac coelestes consolationes, quibus  
sanctissima anima tua quotidie mira-  
biliter reficiebatur ex eterni verbi cor-  
poraliter in te habitantis præsentiâ, vt  
mihi à Domino impetrare velis cor  
mundum & castum, cor purum & si-  
plex, ab omnibus rebus terrenis illud  
abstrahendo, & ad amorem desideri-  
umque coelestium attollendo, atque  
vt denique dignetur animam meam

H 3 ex

174 MEDITAT. DE  
ex huius viræ æruminis ad illa diuina  
gaudia transferre, vbi in æternum per-  
fætè laudare & magnificare illum pos-  
sim, pleneque lætari & exultare in eo,  
Creatore & Salvatore meo.

D O C V M E N T A .

1. BEATISSIMA Virgo post con-  
ceptionem filij Dei sibi exur-  
xit: ut nos instrueret, quoties bonū & sa-  
lutare propositū in corde conceperimus,  
illico exurgendum esse, & deferendam  
prauam peccandi consuetudinem, om-  
nemq; omnolentiam, & ignauiam ex-  
suscitandam; sicut exhortatur nos Apo-  
stolus. Surge, inquit, qui dormis, & ex-  
urge à mortuis, & illuminabit te Chri-  
stus.

2. Virgo discessit è Galilea, que signi-  
ficat volubilitatem, ut intelligeremus  
deber nos ab amore & affectione rerum  
fluxarum & terrenarum discedere que  
ob suam instabilitatem comparantur  
volubili rota: eo quod in illis nulla pax  
vel quietis insueniri queat.

3. Virgo abiit cum festinatione, ut  
instrueret nos, bonis operibus iungen-  
dum ardorem, omnig; celeritate viam  
mandatorum diuinorum percurram, ut  
possimus dicere una cum Prophetâ,

Ephes. 5.

Viam mandatorum tuorum cunctum.

Eph. 1.

B. VIRGINIE. 175  
cum dilatasti cor meum, sapiens quoq; Eccl. s.  
consulit, dicens: Ne tardes conuerti  
ad Dominum, & ne differas, de die in  
diem.

4. Virgo ascendit in montes, ut intelli-  
geremus, quemadmodū sine difficultate  
mons nō ascenditur, sic sine labore, &  
qui sibi illata nō posse ad culmen virtutis  
perueniri. Atq; etiam ut doceremur, si se  
curi: esse velim us de salute nostra, opera  
preium esse, ut rendamus ad f. s. figū vi-  
tae perfecta, abstrahendo se à rebus terre-  
ni, & inhiando caelestibus secundū con-  
sulum ab angelo datum Lotb. Ne stes in Genes. 1. 2.  
omni loco circa regionem, sed in mö-  
te saluum te fac. Mundus enim tot la-  
quias & periculie plenus est, ut homo  
agre: ex illis explicare possit.

5. Virgo intravit in domū Zacharie, &  
salutavit Elisabeth, ad informidatos nos  
eos qui hinc inde vagabuntur, nec unquam se  
colligunt ab huius saculi curie, diuina vi-  
tatione salvationem ipsius matris Dæ  
esse indignos, conuententer mandato à  
Domino Apostolia dato, ne quenquam  
salutarentur in via, si verò domum ali-  
quam ingredierentur, precarentur eis  
pacem.

6. Benta Virgo, quāuis facta esset ma-  
ter Dei, tamen non verita eis demittere  
H. 4. fe

se ad ineundam visitationem, & ministeriam praestans Elisabeta: ut nimirum exemplum humilitatis omnibus praeberet, ac singulatim magnae dignitatis hominibus, intelligentiis, quod quis in sublimiori statu versatur, hoc rem laude & honore digniterem facere, quae deiecit magis, ad subueniendum subditis in eorum necessitatibus, secundum illas sapientis. Quanto maior est, humiliatio in omnibus.

Eccl. 3.

7. Si Elisabeth spiritu sancto plena, quod mater Dei domum suum intrasset, dicebat, vnde hoc mihi, Nos, qui sumus peccatis pleni, quid dicere vel facte debemus, quando ipse Deus dignatus sacramentaliter in domum animarum spiritualem intrare? quantarum venientia, qua gratiarum actione, quibus operibus excipere deberemus talem habitationem?

8. B. Virgo ut audierit se laudari & beatam praedicari ab Elisabetha, dixit: Magnificat anima mea Dominum, ut doceremur, si quando sibi donum a liquo a Domino concessum, vel opera bona laudemur, non debere nos aut oblectari illo laudum nostrarum praeconio, aut vani in eo gloriari, sed potius totum attribuere Deo, laudemque in eum transferre a qua omnia

omnia dona in nos profluxerunt.

9. B. Virgo cum iret visitatum Elisabetham, cum festinatione iter confecit, sed in domo cognata commorata est mensibus tribus; nempe ut mulieribus honestis exemplum daret, domi potius berendi, quam in publicum prodeundi.

## H. S. DE

DE PURIFI-  
CATIONE B. VIR-  
GINIS.

ET PRAESENTA-  
TIONE CHRISTI  
IN TEMPLO.

MEDITATIO VII.  
EVANGELIVM.

**P**Ostquam impleti sunt dies purgationis MARIAE secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur, & ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, parturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & ho-

**E. VIRGINE.** 179  
 mo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israhel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum accepérat à Spiritu S. non visurum se mortem, nisi prius videaret Christum Domini. Et venit in Spiritu in templum. Et cū inducerent puerū Iesu parētes eius, ut faceret secundū cōsuetudinē legis pro eo, & ipse accepit eū in vlnas suas, & benedixit Deū, & dixit. Nunc dimittis seruū tuū Domine, secundū verbū tuum in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Quod patasti ante faciem omnium populoū. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriā plebis tuæ Israhel. Et erat pater eius & mater mirantes super his quae dicebatur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionē multorum in Israhel, & in signū, cui contra dicetur: & tuā iphius animā perfrāsibit gladiū, ut reueletur ex multis cordib. cogitationes. Et erat Anna prophetil. filia Phan. de tribu Aser, hec pcesserat in dieb. multis, et

180 MEDITAT. DE  
vixerat cum viro suo annis septem-  
à virginitate sua. Et hæc vidua erat  
vsq; ad annos octoginta quatuor,  
quæ non discedebat de templo, ie-  
junij & oblationibus seruiens  
nocte ac die Et hæc ipsa hora super-  
ueniens confitebatur Domino, &  
loquebatur de illo omnibus, qui  
expedabant redemtionē Israhel.

### FIGVRÆ.

*Exod. 29. 1.  
Num. 28.*

**M**ANDAVIT Deus in lege  
filii offerri quotidie duos  
agnos immaculatos, unum mane, al-  
terum ad vesperam, ad præfiguran-  
dum duas oblationes à CHRISTO  
verò & immaculato agno Patriæ  
leisti offerendas. Alteram initio vite,  
hoc die, in sua presentatione, alterā  
in fine, in aracrucis pro generis hu-  
mani redemptione.

*1. Reg. 2.*

2. Anna mater Samuelis antè stu-  
rila, impetratum precibus à Deo fi-  
lium obtulit in domo Domini dedi-  
cando illum ministerio Domini, &  
simil vitulum in sacrificium offeren-  
do.

PRO

B. VIRGIN. 181

### PROPHETIÆ.

- SACRIFICIVM** & oblationem *Psal. 39.*  
Soluisti, aures autem prebuisti mibi.  
Holocaustum & pro peccato non pos-  
tafutunc dixi ecce venio.  
2. Veniet desideratus cunctū g̃etibus. *Agge 2.*  
& implebo domum istam gloria.  
3. Statim veniet ad templū sanctū Mala 2  
suum dominator, quem vos queritis. &  
Angelus vestimenti, quem vos valitis.  
4. Suscepimus Deus misericord. ē tuū. *Psal. 47.*  
in medio templi tui:  
5. Notum facit Dominus salutare suū. *Psal. 97.*  
ante confitendum gentium reuelavit in-  
stitutionam suam.

### CONSIDERATIONES:

**E**TARE filia Sion, Hierusalem:

**L**audium tuum omnibus popu-  
lis annuncia. Exultate portæ & muri  
templi sacri, & suscipite Dominum &  
Deum vestrum, qui hodie aduenit, ad  
offerendum se in commune pro salu-  
te omnium. Hodie fructus terre sub-  
limis oblatus est creatori. Hodie sacri-  
ficium matutinum, hostia pacifica  
delata est à parentibus, & Virgineis.  
**MARIAE** manibus in templo ob-  
lata, & à sanctis illis senibus Simeone.

H. 2. & Aa.

& Anna suscepta. Aperi Hierusalem, ciuitas magni Regis portas tuas illi, qui omnibus aperuit portas cœli, qui in cruce aperuit portas sepulchrorum, & dirupit potentia sua portas inferni. Hodie Deus ille, qui Moysi legem dederat in monte Sinai, legem suæ ipsius legi subiectus, adimplevit. Hodie celestis sponsus simul cum suo nuptiali thalamo templum ingreditur, Dominus ipsius templi. Egredimini filii Hierusalem, & lucernis accensis alacriter occurrite vera luci, coniugite voces vestras cum choris angelicis, & omnes simul eius laudes decantate: nam omnes fines terræ pleni sunt eius bonitate, omnes creaturæ tam cœlestes quam terrestres & infernales, sunt plenæ eius misericordia, donis & beneficijs. Itaque omnes gentes cum gaudio eum recipiunt; omnis terra eum adorat, omnis lingua confitetur & glorificat hunc Deum infantulum, natum quidem à matre, ante dies tantum quadraginta, sed à Patre genitum ante omnia saecula. Infans est nutritus lacte, sed dans cibum & alimentum omni creature. Infans, qui quasi infirmus patitur & plorat, sed toti mundo vitam & letitiam impertiens. Infans

fans obuolutus & ligatus fascijs, sed nos omnes à peccatorum vinculis exoluens. Infans in terra matris deportatus manibus, sed in celo requiescens in sinu Patris. Offert secundum legem in templo sacrificium, & eidem in celo omnia offeruntur sacrificia. Ipse est donum, est Pontifex, est altare & propitiatorium, est is, qui offert, & simul est is, qui pro omnibus offeratur, & is, qui recipit oblationem & sacrificium. Quare omnis status, omnis sexus, & omnis ætas exultat & gestit in celestis huius infantis oblatione tot mysteriorum plena. Virgines quidem, quia Virgo permanens Virgo cum genuit. Viduae, quia Anna vidua meruit eum videre, & alij quoque annunciatore. Coniugata exultant, quia fuit reuelata Elisabeth, que & de comedum nato propherauit. Exiliunt quoque infantes, quia Christus infans fuit infantiae primicias templo consecravit. Denique & senes, quoniam Simon senex illam gratiam à spiritu sancto impetravit, ut non ante ex hac vita excederet, quam CHRISTVM Dominum, veram vitam, conspexisset.

**A. CONSIDERA,** quomodo Virgo, post-

postquam diuino partu suo ditasset & consecrasset praeseppe Bethleemiticum, clapsis quadraginta diebus, quibus per legem non erat fas ingredi templum, abscedat, & cum pueru Iesu se conferat Hierosolymam, vt eum velut agnum immaculatum aeterno Patri in sacrificium matutinum pro generis humani liberatione offerret. Vbi obserua duas suisse leges de muliere pariente.

Alteraz erat, vi si gigneret masculum septem diebus, quasi immunda separaretur a consortio hominum: quibus finitis, hoc est, die octauo circumcidetur infans, & ipsa triginta tres alios dies domi remaneret, nec foras ante exiret, aut templu intraret, quam tota esset purificata: Quibus diebus expletis, cum filio adibat templum oblatura sacrificium pro le & filio. Altera lex erat speciatim de primogenitis, qua Dominus (inde ab eo tempore, quo sustulit omnia primogenita Aegypti, sola autem primogenita populi Israeli seruavit) sibi voluit offerri & consecrari sicut & omnium aliorum fructuum primitias sibi offerri voluit. His ergo legibus & praeceptis voluit filius Dei natus ex muliere esse subiectus, easque in se & Matre sua sanctissima perfecte ad-

*Luc. 12.**Exod. 13:*  
*Num. 8.*

adimpleri. Non erat satis vero humili-tatis magistru (quamuis omnino esset equalis Patri) se humili virgunculae submittere, sed voluit quoque, vt nobis exemplum dare: submittere se legibus illis, quibus alioquin soli peccatores & serui erant subiecti. Hic vide, quomodo Saluator noster semper magis magisque proficiat in obedientia, humilitate & charitate. In obedientia, quia vt ante in circumcisione, sic nunc in sua redēptione se subiicit praecepto legis. In humilitate, quia primò in nativitate se demonstrauit pauperem, post in circumcisione assumptū symbolum hominis peccatoris, nunc autem se præsentat, & offert quinque devarios pro tua redēptione, quare declarat se non solum pauperem & peccatorem, verum etiam seruum, habentem opus redēptione. Demonstrat denique suam caritatem, quia cum diues esset, voluit fieri pauper, ad ditandam nostram paupertatem, & cum esset innocens & immaculatus, pro nostrorum peccatorum remedio, assumpsit formam peccatoris; cumque esset liber, velut verus filius, heresque legitimus in domo Patris sui, causa nostra suscepit formam serui, vt nos vindicaret

186 MEDITAT. DE  
ret liberaretq; è Tyranni infernalis fai-  
cibus , & in veram filiorum Dei liber-  
tatem affereret.

3. C O N S I D E R A nec sanctissimam  
quidem Virginem huic legi mulie-  
rum immundarum fuisse astricam,

*Genu. 4.*  
*Sap. 7.*  
*Hebr. 1.*

et quod (vt Spiritus sanctus eius spō-  
fus eam appellat ) fuerit tota pulchra,  
& pura ab omni peccati macula. Et eis  
abstinere à templi ingressu. debebat illa,  
cuius venter intactus factus erat tē-  
plum Spiritus S. & quare non intrabat  
templum illa, quæ genuit templi Do-  
minum? Verè ò virgo beatissima, nulla  
causa fuit, cur hæc purificatione e-  
geres, ac primo quidem nulla fuit re-  
spectu tui, quia tota purissima, tota  
mundissima fuisti, quia Spiritus san-  
ctus superueniens in te mentem tuam  
purificauit, & Christus assumendo de-  
te carnem, purificauit & sanctificauit  
vterum tuum. Secundo, nec necessaria  
fuit purificatione ratione partus, iu-  
quo, ne singi quide potest vla impuri-  
tas: Christus est enim ipsa sanctitas,  
est candor æternæ lucis, speculum sine  
macula, omnisque puritatis lumen, qui  
venit ad expurganda omnia mundi  
peccata. Tertio, nec fuit necessaria  
ratione legis, quæ supponebat con-  
ceptio-

B. V I R G I N E . 187

ceptionem mulieribus communem,  
sed tu non ex viri commercio, sed diuī  
nitus supra omnem legem & naturam  
concepisti, includendo hominem viſe-  
ribus, sed intactis, sicut dixit Propheta:  
*Nouum faciet Dominus super terram, 1er. 31.*  
*famina circundabit virum.* Non erat  
igitur Maria hac legi comprehensa, si-  
ut nec circumcisionis lege comprehen-  
sus erat filius; voluit tamen prudentissima  
virgo multis de causis obseruare  
illam. Ac primò quidem, vt se ipsi filio  
suo conformaret, qui factus sub lege,  
non venerat soluere, sed adimplere le-  
gem. Vnde sicut ille, licet opus non ha-  
beret, voluit circumcidere. Sic illa, vti ve-  
ra humilitas filij unitatrix, licet im-  
munis à macula voluit teneri lege pu-  
rificationis. Secundo, vt exemplum o-  
bedientiae daret, parendo maiorum  
institutis & decretis. Tertiò, ne lu-  
dæs (quos conceptionis, virginæ & que  
puritatis eius mysterium latebat) oc-  
casionem aliquam præberet, vel scandali  
vel obmurmurationis, quasi esset  
legis præuaricatrix. Quartò, vt hac  
Christi filij sui oblatione (qui nostra  
est purificatio) veteris legis præcepto  
finem impeneret. Denique vt nobis  
exemplum obedientiae & humilitatis

re-

relinqueret, ut ipsa quoque, seu virtutum magistra, quod verbo, ut mulier, non poterat, sicutem docere exemplo.

4. CONSIDERA quomodo B. Virgo in eo itinere conficiendo vix fuerit comite dilectio sposo suo Iosepho, inde comitibus multis angelorum choris, qui & illi, velut Dominus sue, & dominus ipsi, in brachijs illius gestato incundum & honorificum comitatum praebebant. Vide quanto maiori lœtia & festinatione adierit sacrum templum, & domum Dei, quam domum Zacharie: & quanto nobilius fuerit donum ab ea gestatum ad offrendū, Deoque longè gratius & acceptius, quam fuerint dona Abel, & sacrificium Abrahæ; hæc enim erant umbrae & figuræ, sed illud fuit ipsa veritas, hæc erant creature, at illud, ipse creator. Ea anima mea sequere deuoris passibus in hoc itinere præcedentem MARIAM, perpende, qua modestia & honestate progrederiatur, qua reverentia pretiosum illum cordis sui thesaurum, filium suum, & Deum suum deportet, & virginico pectori suo astringat, qua deuotione templum, benedictum ventris sui frumentum in brachijs gestando, ingredietur. O quam pulchrum & iucundum fuit

hoc

hoc spectaculum, tam filii, qui gestabantur, quam matris, quæ cum gestabat, cuius præsentia angelos recreabat, & totum templum exornabat. Tunc ingresso vero Salomone, & Domino templi in suum ipsum templum impletum est, quod prædictit Propheta. Maiorem gloriam fore huius domus, quam primæ à Salomone fabricatae. Tunc quando hæc viua, & vera testamentera (in qua reconditi erant omnes thesauri æternæ sapientiæ & scientiæ) manibus Virginis introducta est in suum sanctuarium, alia festa, cantus & iubilationes vidisses & eudisses celebrati in cœlis, quam visæ vel auditez sint in terris, quando Salomon introduxit, & collocauit arcam tub Cherubimorum alis.

5. Et ecce homo erat in Hierusalem, cuius nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus expectans consolationem Iesu, homo vere animi virilis, ob ardēs & constans humanæ redemptionis considerium. Vnde & magna de causa vocatus est iustus, quia non tam optabat salutem suam, quam communem omnium, non tam quærebat propriam, quam totius populi consolationem. Desiderabat hic sanctus homo ex vna

par-

*Agg. 2.**3. Reg. 8.*

190 M E D I T A T . D E  
parte solui corporis vinculis; ex alia ve-  
rò ingenti flagrabat desiderio, vt ante  
suum ex hac vita discessum, suis oculis  
mereretur videre Christum Domini-  
num. Sciebat enim beatos esse oculos,  
qui eum videre mererentur. Vnde &  
Spiritu sancto (qui seipsum negare nō  
poteat) illis qui ex corde illum deside-  
rant (placuit consolari illum, & certum  
redire de hac gratia). Quare & ipse  
multo ardoribus humanae salutis zelo  
inflammatus continuis precibus, la-  
chrymisque coelesti Patri supplicabat,  
vt citò emittere vellet salutarem su-  
um, & tandem sine inponere gra-  
uissimis malis, quibus magno suo do-  
lore cernebat mundum redundare. Id  
postulabat, id expectabat, dieque & no-  
cte suspirabat dicens cum propheta,  
*Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem nō quiescam, donec egrediatur,*  
*ut splendor iustus eius & Salvator eius*  
*ut lampas accendatur.*

6. C O N S I D E R A quomodo pueru-  
lus eius (dum manibus parentum in-  
ducerecur in templū) memor si i serui  
& amicibimēonis, interna quadam ins-  
piratione cum commonecerit. De-  
inde, quanta celeritate & gaudio san-  
ctus hic senex dimunitus admonitus,

B. V I R G I N E. 191  
ad templum venerit. Cumq; illi à spi-  
ritu sancto patefactum fuerit, puerum  
illū, quem in brachijs matris viderat,  
esse Christum Domini, illum tanto-  
pere desideratum, & animæ suæ dile-  
ctum, cogita, quid ille facere, quid di-  
cere poterit, quando tam morti vici-  
no occurrit vita, quando proprii oculi  
cernebat suum Deum, creatorēm &  
vincuerīs Dominum factum hominem;  
illum Salvatorem, à rot Prophetis pre-  
dictum, & ab omnibus veteribus fan-  
tis tantoperè expectatum: quando  
virgo ipsa eius mater (cui optimè per-  
specta erat voluntas filii) illū ei obiu-  
bit, in manib; eius depositum. Obce-  
neditē 1 Es 5, 6 duleis amator ho-  
minum, quam es liberalis, in dō pro-  
digus tui apud eos, qui te desiderant  
Sim con tantum tenebatur desiderio  
videndi tui, sed tu preterea voluisti re-  
popinū eius brachijs. Quos verò ani-  
mi sensus putamus tunc extinisse in  
hoc sancto iene? quot amoris lachry-  
mas ex beatis oculis flux. Nō? quot lau-  
dib; quanta gratia in actione profe-  
ciuntur tūsse illum, qui cum in tan-  
tum bonum conseruā at? O quanta  
deuotione brachia sua extendit ad re-  
cipiendum tantū thesaurum! quanta  
volupta-

vulputate receptū est amplexus & cōculatus, nullam ex eius conspectu capiens satietatem. Considera deinde contra, quomodo dulcis Iesus amator diligentium sc̄, suo amabili respetu, eius cor omnino liquefecerit diuina & ineffabili consolatione. Vnde nihil mirum fuit, animam illam sanctā iam terum creatorum fastidio affectā, post conspectum Creatorem, flagrante desiderio ex hac vita discedendi, dum pronunciauit illud plenum affectu canticum. *Nunc dimittis seruum tuū Domine, sed undum verbum tuum in pace.*  
*Quia vidērū oculi mei salutare tuum.*  
*Quomodo enim poterat aliter dimitti, quām in pace ille, qui non modo oculis suis cernebat, sed etiam manib⁹ suis cenebat ipsum Deum pacis, & consolationis? Videlicet hic enim, qui perfectam etatem viri poterat se componere, facilimē suis brachij gestasse & mouisse opificem ac gubernatorem totius vniuersitatis. Portabat eum, à quo portabatur; qui velbo virtutis suæ portabat & sustentabat omnia. Ecclies Simeon, quod spiritus sancti duxit in templum veneris, & duo magis illustria templa inuenieris. In illo templo inuenisti unam matrem & unum filium,*

vtrumq;

vtrumq; templum sanctum & viuum Domini. Beati tui oculi, de quibus bene dixit Spiritus sanctus, eos mortem non visuros, quandoquidem meruerunt videre vitam. Et quaratione ausa fuisset mors in eius oculos se ingerere, quos Christus suaviuifica visione consecravit, si ipse Simeon id non desiderasset, & postulasset?

7. IAM vero, vt ne decesset vel sexus, vel status ullus, qui non redderet testimonium. Salvatori in hoc primo suo in mundum ingressu, eadem ipsa hora praesidio in templo adfuit illa sancta Vi-  
 dia Anna, cui ob vitam religiosam, & accensum desiderium humanæ salutis verisimile est, sicut non fecus quām Si-  
 meon fuit donata spiritu propheticō,  
 ita Spiritu sancto illi reuelatum fuisse,  
 eam ante mortem suam visuram Chri-  
 stum Dominum. Itaque diuina in-  
 spiratione certior facta illum esse præ-  
 sentem, postquam cum incredibili  
 latitia humiliter eum adorasset, mag-  
 naque sua consolatione etiam brachij  
 cepisset, cœpit eius laudes prædicare  
 omnibus expectantibus & desideran-  
 tibus redemptonem Israhel. Mulier  
 verè hoc doao, priuilegioque, videndi  
 filium Dei in carne, digna. Erat enim

I affi-

assidua in templo Dei. castitatem colebat, continuis ieiunij carmen suam praeerabat, & in oratione perseverabat. Talibus communicat Deus suum spiritum, & coelestibus consolationibus dignos reddit. Hic perpende quanta fuerit voluptas Virgini, cum summo cordis iubilo coniunctavideret, tantam accessionem in dies fieri ad gloriam filij. Verum heu mater beatissima, hoc tuum gaudium mox insperato dolore & afflictione fuit immunitum: nam cum Simeon inciperet vaticinari de Christi passione, & persecutionibus quas in vita esset perpessurus, addidit, dolore de Christo tuam quoque sanctam animam velut gladio acutissimo transfigendam. Fuit hic aetas nuncius tibi, O clementissima mater, calix tam amarus, ut deinceps usque ad vitę finem nunquam illa ex re verum gaudium capescere potueris. O Simeon tantam voluptatem tibi attulit conspectus Salvatoris, tantaque consolatione perfudisti eius matrem: cur ergo nunc clarissimas cordis eius aquas turbas, & consolationum eius mel misces, si amari nuncij felle? O quantum solatij hic dies illi atculisset, si certior reddita non fuisset de istis aruanis per omnem

vitam

vita tolerandis? Verum aeterna sapientia, Unigenitus filius Dei, sicut a primo conceptionis suae tempore concepit pro nobis ferre crucem: ita Matrem quoque suam, tum ad augendum eius meritum & coronam, tum ut ipsi esset similior, participem esse voluit fructuum crucis. Etenim tam gloriosa res est, pati, tam pretiosae sunt tribulationes & aduersitates, ut Deus voluerit matrem suam, ut erat ipsi omnibus alijs creaturis carior, ita etiam plus alijs omnibus creaturis pati, omnique doloris acerbitate affligi. Quantum ergo halucinantur, quantum scipios decipiunt, qui afflictiones excrantur; omnesque huius vita labores, molestias & crues defugiant, & in secessu quiete, & perfruendis voluptatibus suam collocant felicitatem.

8. C O N T E M P L A R E  
deinde anima mea deuotissimam processionem ab his sanctis personis institutam. Et primo vide, quanto gaudio & exultatione venerabiles illi duo senes, Iosephus & Simeon antecesserint, cum Propheta cantantes: *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Proxime sequebatur Virgo M A R I A, gestans*

1 2 in

in brachijs cum incredibili gaudio benedictum ventris fui fructu, in cuius comitatu magna reverentia procedebat illa sancta Vidua Anna, summa cū laetitia laudans & benedicens Dominum. Ad altare, vt peruentum est, vide quomodo B. Virgo flexis magna deuotione humi genibus, & oculis in cœlum sublatis, Patri eterno obtulerit pretio. sum illud donum ,quo nobilius gratiusque à condito orbe non fuerat oblatum : obtulerit, inquam, pro totius generis humani reconciliatione, illam oblationem nouam , illam hostiam sanctam, & tantopere Deo grataam, de qua ipse Deus dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Ex alia parte considera, quomodo ipse puerulus Iesus se ipse in tensilla astare pro nobis obtulerit Patri in sacrificium matutinū, donec sacrificij vesperitini postea in ara crucis de novo offerendi tempus aduenisset. Tunc impletum est, quod propheta olim in persona ipsius Filii Dei dixerat, *Holocaustum pro peccato nō postulasti, tunc dixi, Ecce venio:* nam cum veteris legis sacrificia non valerent ad expiandum peccatum, venit hodie magnum ille Angelus testamenti ad templum sanctum suum,

ibique

*Matth. 3.**Psal. 39.*

ibiisque obtulit scipsum , hostiam immaculatam , infinitaque vi ad omnia mundi peccata expianda praeditam. Denique & Virgo eius Mater, scipsum vñ cum illo obtulit Patri, offerens se ad omnes tribulationes, dolores & cruces tolerandas, quas caussa filij per omnem vitam erat perpessura. Quid vero minus facere poterat , quam cum tam celesti dono etiam donare scipsum , si plena erat hoc ipso suo dono?

9. C O N S I D E R A deniq; quam exiles & paupercula oblationē huic tam eximio dono Beatissima Virgo coniunxerit. Nihil hic auri, nihil lapidum pretiosorum pro Rege cœli oblatum est , sed nec vituli pro eo oblati sunt, vni Anna pro suo filio Samuele obtulerat, verum tantū par turturem, vel columbarum. Id quod admodum congruenter factum est , nam vt pro hominibus terrenis animalia terrestria oblata sunt: ita pro Christo homine celesti offerti debuere animalia volatilia & cœlestia. Mandabat lex pro infante oblato in templo, offerri agnum in holocaustum , & turturem vel columbam pro expiatione peccati: qui vero per inopiam non poterant offerre agnum, ijs satis erat par turturem vel

I 3 duos

duos pullos columbarum offerre. Et hæc fuit oblatio Virginis, vt personæ pauperculæ. Sed nec aliud decebat offerri ab illa simplici & innocentie colubâ, à castissimâ illa turturæ virgine Maria, quam columbas vel turtures. Hæc quoque fuit benedicti filij eius Iesu voluntas; qui, vt in alijs rebus omnibus semper paupertatem professus est, sic in hoc quoque actu voluit fieri oblationem propriam pauperum, vt nos paupertate sua locupletaret, redederetque dianites in hac quidem vita, in fide & gratia, in altera verò cælestiū opum hæredes. Quanquam si recte omnia expendas, non desuit hic supertutres & columbas, agnus Domini oblatus; quid enim aliud fuit infantulus Iesus, nisi agnus ille immaculatus, qui veneratur; vt pro totius mundi peccatis offerretur? O mater sanctissima, magno quidem cum gaudio hodie offers filium tuum, sed veniet tempus, cum is qui hodie in brachijs Simeonis in templo oblatus est, cum tuo extremo dolore non in templo, sed extra ciuitatem offeratur in brachijs crucis. Hodie altens oblatione redemptus est, tunc autem sanguine suo redimet alios. Hocde quinque sicutis eum redi-

199  
sedimis, tibi que restituitur, tunc versus ipse quinque vulneribus redimet mundum, & tibi tolletur. Hoc est sacrificium matutinum, illud erit vespertinum. Hoc lætum & iucundum est, sed illud perfectius, & utrique vestrum acerbius. Quare utrique sacrificio optimè competit, quod dixit Prophetæ: Oblatus est, quia ipse voluit. Nam hodie oblatus fuit, non quod ipse opus habet, vel quod lege obligaretur, sed quia voluit. Sieut & postea oblatus fuit in ligno crucis, non quod illud meruisse, vel quod Iudei contra eum prævaluerint, sed quia ita voluit pro nostra salute. O anima mea, si te quoque cum verâ devotione offerres, & in manus resiggenes Domini illius, qui voluntariè se obtulit pro te, quâtam experiri in te pacem, quanto gaudio, quanta consolatio profunderetur? dulcis enim Iesus tam bonus & liberalis est, vt etiam pro exiguis nostris oblationibus non nôrit aliud reddere, quâm seipsum infiniti boni fontem & thesaurum.

## C O L L O Q V I V M.

O VIRGO sanctissima, o pura & innocens columba, que ipsos quoque angelos puritate vincis, obsecro te per

M E D I T A T I D E  
admirabilem illam obedientiam & hu-  
militatem, qua benedictus filius tuus,  
Dominus vniuersi, nulla lege obliga-  
tus, tanquam seruus in templo praefe-  
tari, & tu mater eius immaculata, im-  
mundarum mulierum instar, voluisti  
purificari & sanctificari, velis & anime  
meae tantam impetrare puritatem, ut  
sit quasi templum sanctum, quod ipse  
filius tuus ingredi & incolere dignetur.  
Et sicut ille tam clementer iusto Sime-  
oni concessit potestatem non solum vi-  
dendi, sed etiam gestandi in vlnis suis  
Christi, sic mater suauissima mihi exo-  
res gratias, ut antequam migrarem ex  
hac vita, possim salvatorem meum, &  
cordis oculis videre, & desiderij bra-  
chijs complecti ac tenere, & nunquam  
ab eo diuelli. Ac sicut ille per manus tuas  
se obtulit pro me, sic etiam per te ve-  
lit pauperulam meam oblationem, hoc est  
duo parvula minuta, animam  
scilicet, & corpus meum acceptare, ut  
cum in hac vita totum me diuino eius  
seruitio dediderim, in altera merear in  
templo coelesti Hierusalem illi presea-  
tari, ubi perficie cum videant, coque-  
perficiar in eternum.

D O-

## D O C U M E N T A.

1. **B. VIRGO** subiiciendo se Purificatio  
nie legi, non solum de opinione pu-  
ritatis & sanctitatis nihil deraxit, sed  
et potius hoc humilitatis actu illustra-  
vit exemplum omnibus religiosis & spi-  
ritualibus hominibus praecens, ut existi-  
ment consuetudine mortificandi & hu-  
miliandi se, nihil de eorum existimatione  
bona immixti, immo angeri potius ipsarum  
virtutes hic exercitijs conferuari.

2. **B. V I R G O** & Iosephus puerum  
IESVM detulerunt in templum Hiero-  
solymitanum, unde patres & matres capi-  
re possunt exemplum, suos filios Domino  
offerendi, & a primis annis pueritia ad  
Ecclesiastis deducendi, ut audiant verbum  
Dei, & diuinis officijs interficiant, ut le-  
gant libros pios, & in doctrina Christia-  
na virtutibus, bonisq; moribus instruam-  
tur, secundum illud consilium Ecclesiasti Eccl. 7.

ci. Si filii tibi sunt, etudi illos, & in-  
curus eos a pueritia eorum. At heu  
multi filios suos potius diabolo, quam  
Deo a primis annis offerant, dum eos ni-  
mis indulgenter, & in summis delitijs  
educant, plenae uitij & peruersis mori-  
bus. Vnde in paientibus vere adimple-

*tur, quod scriptum est. Imolauerunt filios & filias suas dæmonijs, & nō Deo;*  
*3. Sicut in hac oblatione in templo facta, Deo q̄ tam grata, interfuerunt tres persona, nemp̄ Ioseph, MARIA, & puer IESVS, sc̄ si oblationem nostram, quā facimus de nobis ipsis velimus Deo gratiam effec̄ & acceptā, tria sunt nobis necessaria. Primo virilis confitūta in bono proposito, & diuinus cultus operibus. Secundo vīrginea puritas in nostra cōfessione. Tertio simplicitas & puerilis humilitas in nostra conscientia iudicando bene de omnibus, & reputando nos inferiores & minores omnibus.*

*4. CHRISTVS Deminus noster non obulit pro nobis, in templo nec animalia, nec fruges terra (sicut faciebant Iudei) sed obulit hostiam optimam & pretiosissimam, quam habuit, hoc est sacerdotum Deum & hominem, sic nos Deo non debemus offerre, aut deteriora, aut res exigui pretij, sed meliora & preciosiora, non debemus seruire Deo tantum verbo, & ceremonijs extorris, corde rebus terrenis affiso, sed totum debemus dedicare diuino servitio, animam, corpus, vitam, cor, denique omnia nostra. Multo enim nobis utilius est, si nos ipses donemus Deo, à quo omne-*

*bonum nostrum, omniq; salus proficiatur, quam ut demus nos mundo, & voluntati nostri, qua sunt causa ruina & perditoris nostra.*

*5. B. Virgo oblationi CHRISTI filij sui in templo facta adiunxit oblationem turturum, vel columbarum. Turtur est avis casta & solitaria: columba vero est pacifica & sine felle & vivit in societate aliarum; vt intelligant speciem Sacerdotes, qui quotidie in sacris templis CHRISTI VMOfferunt. & cum ȳs omnes alij qui communicando, spiritualiter eundem CHRISTIVM aeterno Patri pro expiandis suis peccatis offerunt, si velint oblationem suam à Deo acceptari in salutem, & non in condemnationem animarum suarum, eos debere familiares, & comitēs habere duas virtutes, & primō quidem mentis & corporis castitatem, abstinendo à concupiscentia hominum periculosa Deinde pacem & unionem caritatis cum proximis.*

*6. Simeon, vt habet Euangelium, in spiritu ingressus est templum. Vnde discessimus, non debere quenquam vel coactū, vel ex consuetudine, vel questus, commodine temporalis causa semancipare diuino servitio, sed ex mera deuotione.*

Et intimo desiderio seruandi Deo, Tales enim una cum Simeone facile inueniuntur Mariam et Iesum, hoc est, spirituali consolationem et aeternam salutem.

7. Si Simeon tanta spirituali letitia, deuotione et reverentia puerum Iesum recepit in brachijs, quamdiu maiori deuotione, reverentia, et spiritus fervore, cum eisdem Dominum et Salvatorem recipimus in sacra Eucharistia, id praestare debemus: usque quando quidem non iam brachijs, sed ore ipso cum excipimus, nec suscitamus manus, sed in corporis visceru, animamque nostram eum demittimus.

8. Simeon accepit Christum in uulnus suis. Vnde docemur, per opera bona pertinere ad salutem: neque enim sola fides sufficit ei, cui superius tempus et modus opera bona exercendi, non satis est capere Christum mente, et intelligentia, sed opus est quoque eum apprehendere manibus, quibus opera designantur.

9. Christus in presentatione sua uoluit institui oblationem more pauperum: hoc est offerri par columbarum. Semper in actionibus suis Dominus se demisit, humiliauit, volens haberi minor et vilior, quam erat, ad pudificiendam praeulubio superbiam nostram: nos enim sem.

semper volumus extolliri, et maiores haberi, quam reveras sumus.

10. Simeon et Anna quia frequenterbant templum, meruerunt confessu Salvatoris consolari. Res sancta est frequenter Ecclesias, in iis enim sua dona et charismata Deus imperiri solet, et non in plateis, et vijs publicis, in quibus homines vagantur. Et peccandi patiuntur, quam bene agendi occasiones accipiunt.

11. Anna prophetissa erat in templo, seruens Deo in castitate, continuis orationibus et crebris iuris, unde et promovuit filium Dei credere et agnoscerere. Non patet facit arcana sua et mysteria, nec celestes consolationes communicat Deus hominibus mundanis et carnalibus, sed ipsi qui virtute sua pravae carnis inclinationes vincunt, et continuum cum amore proprio bellum gerunt, sicut Prophetas significauit illis verbis. Quod docet scientiam, et intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, auullos ab ueribus, hoc est illos, qui se totos subtrahunt ab omnibus mundi delitiis et illecebris, carnem mortificant, et in sanctis diuinis cultus exercitijs se se occupant.

DE C O N -  
VERSATIONE B.  
V I R G I N I S,  
POST FILII A S C E N -  
S I O N E M I N C O E L U M , E T  
D E F O E L I C I E I V S M I -  
G R A T I O N E E X  
H A C V I T A .

M E D I T A T I O V I I I

S C R I P T V R A .

*Act. 10.* **T**unc regresi sunt Hierosolymam à monte, qui vocatur Oliveti, & cum introissent, in coenaculum ascenderunt, ubi manebat Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomeus & Matthaeus, Iacobus Alphæi & Simon zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseverantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, Maria matre Iesu & fratribus eius.

FL.

1. **A**dua permanisset, inquit scriptura, reliquum vita tempus transfigit in templo continuis orationibus & ieiunijs seruiens Deo.

2. Sancta vidua Iudith, ait scriptura, post mariti mortem se in unam domus partem cum ancillis suis inclusit: in qua cilicio induita, in continuo ieiunijs, & orationibus vitam agebat, & ob virtutem in magna apud universum populum veneracione erat. *No es tu sed la pietatis.*

P R O P H E T I A E .

1. **H**ec mihi quia incolatus meus Psal. 119: prolongatus est, habitavi cù habitatibus Cedar, multum incolauit anima mea.

2. Educ de custodia animam meam, ad Psal. 42: confitendum nomini tuo, me expectant iusti donec retrubinas mihi.

3. Latatum est cor meum, & exultauit Psal. 35: lingua mea, insper et caro mea requiesceret in se.

C O N -

208 MEDITAT. DE  
CONSIDERATIONES.

PARAGREDIT. I.

**D**ESIDERIVM Beatiss. Virginis, continenter cum dilectissimo filio suo permanendi, & nunquam ab eo discedendi, semper fuit vehemens & ardens. Vnde, sicut, quamdiu in hac terra vixit, in societate ei<sup>r</sup> semper fuit, ei<sup>r</sup>que officia sua detulit; & pariter quādo propter nos passus est, & cruci afflatus, ex summo amore quo eum prosequebatur optabat: saltem cum ipso (quoniam pro ipso non poterat) pati & mori, sic postquam eum vidit resuscitatum, & gloriōse ascendente in celum, se reliqua in terra, cogita quomodo corde affecta fuerit, quanto amore, desiderioque filium suum comitandi flagrarent. Quanquam multæ, grauissimaque causæ fuerint, cur æternæ sapientiae visum sit Matrem suam ad aliquod tempus relinquere in terra. Quarum prima est, quia ita placuit suæ Maiestati, cuius voluntas maximè semper fuit rationi consentanea, licet humano ingenio comprehendi nequeat, quanquam dicere possumus, cum sic veluisse pro consolacione Apostolorum, omniumque fideliūm

B. VIRGIN E. 209

rium, ut ita vtrajq; Ecclesia tam triumphans quam militaris gemina consolazione, visibili & inuisibili frucretur. Nā ascendens in celum, totam ciuitatem Dei visione beatifica, non diuinitatis suæ solum, sed etiam sacræ humanitatis exhilarauit, vt tam angelii, quam animæ beatorum, ingrediendo ad ipsum, & egrediendo ab ipso vberimæ inuenirent pastua. Similiter Ecclesie militanti primum misit cœlestem illū & inuisibilem consolatorem suum Sanctum spiritum. Postea, quia fideles suos, visibili sacri corporis sui præsencia priuauerat, loco suo sanctissimâ suæ matrem reliquit, vnicam Ecclesie suæ consolaticem. Magnum sanè solatiū etat omnibus hominibus, in terra contueri illam matrem, cuius filius, Deus & homo, victor mortis, & vitæ auctor iam regnabat in celis; accertè nimis durum fuisset omnibus fidelibus uno eodemque tempore Sole pariter & Luna destruiri. Tertia causa, ob quam Dominus voluit Matrem remanere in terra, est instructio fideliūm: vt nimis illa esset velut Magistra religionis & fidei in illis nascentiis Ecclesie principijs. Et quamuis Sancti Apostoli à Spiritu S. fatis fuerint in omnibus veris dogma-

210 M E D I T A T D E  
tibus instituti, tamen Maria longe omni-  
bus alijs clarius mysteriorum pro-  
funditatem, ipsamq; veritatem à spiri-  
tu veritatis intellexit. Vnde & multa  
Apostolis, sigillarum autem Euangeli-  
stis, arcana, & coelestia in mysteria revela-  
uit quæ ipsi scriptis mandarunt, & suis  
successoribus commendarunt. Vbi co-  
gita, quantam consolationem attule-  
rit fidelibus, hanc cœlestern magistrum  
audire, per cuius sacramentos, quoniam  
ipsi Christum audire non poterant,  
loquebarur ipse Christus, atque in-  
telligere particularem tot mysterio-  
rum & veritatum fidei explanatio-  
nem. Quarta causa, ob quam Domini-  
nus eam relinquere voluit in mundo,  
fuit, ut fideles inter tot molestias, tem-  
pestates, & persecutiones mundi ha-  
berent aliquid praesidium, & solatium:  
ne si hoc quoque beneficio spoliaretur,  
videbentur prouersus à Christo de-  
ferti: nec enim habebat pusillus ille  
grex in terra, à quo inter tot ærumnas  
& cruces, rabidis vindique circumdatu-  
lupis, animari & corroborari posset.  
Voluit ergo dilectam suam matrem il-  
lis in matrem & magistrum relinquere,  
ut dulcis eius præsentia omnibus in  
mox ore esset solatum, in doctrina lu-  
mea.

E. V I R G I N E . 211  
men, in persecutione robur, & in illis  
Ecclesiæ incunabilis singulare præsi-  
dium. Ac certè admodum necessarium  
fuit Ecclesiæ adhuc teneræ, ne talis co-  
lumna loco suo subito moueretur, sed  
potius ad aliquot annos pro vniuersæ  
fabrica spiritualis firmamento, & su-  
stentatione immobilis persisteret.  
2. C O N S I D E R A Q U A fuerint exer-  
citia in quibus hæc sanctissima Vir-  
go, se post C H R I S T I filij sui ascen-  
sionem in cælum occupauit: Quam-  
uis enim, quid illo tempore egerit,  
quam pè sancti que vixerit, non tam  
hominibus, quam soli D E O . fuerit  
exploratum (cui omnia cordium se-  
creta patent) ac simi Archangelo Ga-  
brieli, Virginis in custodem attributo,  
cæterisque angelicis spiritibus, à qui-  
bus crebro visitabatur: nihilominus  
ex scriptura sacra constat, eam, post-  
quam vidit C H R I S T Y M à mor-  
tuis excitatum, eiusque gloriose in  
cælum ascensioni interfuit, vt vnâ  
cum Apostolis cum summo gudio  
ad urbem rediit, in eadem domo vñq;  
ad Spiritus sancti aduentum cum il-  
lis permanisse; vbi in precibus perse-  
uerans vnâ cum reliquis Spiritus  
sancti primicias recepit. Et sicut illa  
plus

212 MEDITAT. DE  
plus alijs diuino amore ardebat, ita si-  
de dignum est, sanctum & amabilem spi-  
ritum, ybereorem donorum suorum copiam in  
hoc suu vas capacissimum, in hoc sanctum  
suu templum, in purissimum suum sacra-  
tum effudisse. iam vero vide quibus-  
cum Virgo sanctissima in virtutu scho-  
la, sub magisterio & disciplina Spiritu  
sancti conuersata sit. Vbi expende;  
si in mente aliorum fidelium existabat  
aliqua excellens deuotio, si animi in  
precibus eleuatio, si sensus & gustus a-  
liquis spiritualis, quae deuotio, quae  
mentis extasis, quam admirabilis gu-  
stus esse debuerit, in hac Virgine praef-  
stantissima, in hac diuina area, in qua  
cum tanta plenitudine gratiarum, & lu-  
minis cælestis claritate habitabat ipse  
Deus? Et speciatim, licet illa in se tota  
spiritualis fuerit & perfecta, & ideò  
minus, quam ullus alius, opus habue-  
rit ceremonijs externis, ad excitandam  
deuotionem, tantum, quoad vixit, Christi  
filiij sui exemplo, voluptatem ceperit  
ex visitatione templi, & omnium San-  
ctorum locorum, ad excitandam mem-  
oriā & mentem, ad cōtemplationem  
diuinarum rerum, variosque pie-  
tatis affectus in suum dilectum. Itaq;  
se p̄cē concēdebat mōtem Caluaria;

B. VIRGINĒ. 213  
in quo Dominus est crucifixus. Vbi  
cogita, quot lachrymis locam illum  
sacrum irrigārit, in quo Christus filius  
eius de cruce tantum profudit sanguinem  
ad ablēda peccata nostra. Dein  
de ingressa Saluatoris speluncam, ma-  
gna deuotione venerabatur sanctum  
sepulchrum, congratulādo sibi de glo-  
riosa eiusdē filij sui resurrectione. Hinc  
digressa ad montē Oliveti, vnde Chri-  
stus ascendit in cælum, ineffabili de-  
uotionis affectu ex osculabatur pedum  
Christi vestigia miraculosè in via illa  
petra exprefsa. Vehementer item gau-  
debat visitatione humilis speluncæ  
Bethlehem, foecitis partus testificatri-  
ce; vbi augustissimum, & benedictum  
ventris sui frumentum, vilibus inuoluit  
pannis, depositum in præsepio, ostendit  
Pastoribus, vidique adorari à Magis.  
Magna quoque animi voluptate sub-  
inde visebat parvulam ciuitatem Na-  
zareth, Galilee florem, in mentem  
renovans, se ibi salutatam à cælesti nū-  
cio. Ibi enim summo cordis gaudio  
Saluatorem mundi concepit. Ibi lac ex  
yberibus suis ei dedit. Ibi cum educa-  
uit, & multis annis iucundissima eius  
confuetudine vīsa fuit. Denique perue-  
niens ad aquas Iordanis, magna læti-  
tia

tia animi recolebat, quid eo loci egifser Iohannes, quomodo ibi filiu suum baptizasset, & Spiritus sanctus specie columbae in eum delapsus esset, audiataque de celo vox, qua ex terra Pater obedientiam filij collaudabat, cum que totius mundi Magistrum & Doctorem constituebat. Quo verò ardore spirituali putamus accensum suffisse cor Beatae Virginis, quibus lachrymis terram irrigasse, cum haec aliaque Palestini loca inniferet, in omnibus expendens & contemplans, quid filius eius C H R I S T V S in singulariis egisset, docuisse, & perperatus esset.

3. C O N S I D E R A, sicut beatissima Virgo præfigurata fuit in duabus illis sanctis sororibus, Martha & Magdalena, sic complexa est, & in se expressissima que vitam, activam & contemplatiuam. Nam à tempore, quo illa concepit, & peperit C H R I S T V M Dominum nostrum, tota sollicita & officiosa, velut Martha se exercuit in vita actua, in multis curis, laboribus, peregrinationibus, & diuersis molestijs tam mentis, quam corporis, quibus vita illa est obnoxia. Postquam autem filius ascedit in cælum, ab om-

nitemporali solicitudine, negotiisque Marthæ immunis, totam se dedit otio & quieti Magdalena, singulari studio deinceps vacans contemplationi. Quo in exercitio / vrella, quæ iam huius vitæ tædio affecta, magno & vehementi amoris incendio in filium, tota consumebatur, desiderio dulcissima eius præsenzia fruendi suspenfa, ) continenter amoris lachrymas profundebat, atque instar turturis deferta cum geritur vitam spirituam que ducebat. Nec mitum: Nam si omnes homines debent amare, desiderare, & querere C H R I S T V M Dominum suum roto corde, tota anima, toti que viribus, quanto ardenter faciat illa, cui C H R I S T V S non solùm erat D O M I N V S, sed etiam filius? Verum non caruit admiratione, immò etiam magno miraculo, quod cum illa esset tanto divini spiritus splendore illustrata, totque sagittis & flammis charitatis transfixa & accensa, potuerit tantum pondus diu sustinere, & non potius fuerit tanto divinatum illustratum pelago & incendio absorpta. Hęc licet ita sint, tamen credendum non est, illam eousque contemplationi,

216 MEDITAT. DE  
cultuique diuino suiss deditam, vt aliorum salutem neglexerit, vel curam nullam habuerit discipulorum, aliorumque, qui recenter religione se adiungebant; ac si sibi soli viueret, posthabita salute & commodis alorum, imò existimandum est, eam supra omnes alios singulari quodam charitatis zelo exarsisse, non in Deum solum, sed erga proximum quoque, ac peculiarem curam habuisse Ecclesiaz, cuius post Christū primarium erat membrum, & pro qua ipse Christus tam durè & ignominiosq̄ morti se subiugere voluit. Itaq; beatissima Virgo, velut oliua fructifera in domo Domini, & sic ut mater communis familie noue & sancte, ad lucifaciendos omnes, se accommodabat omnibus, verbisque & scriptis operibus & orationibus continuis, immensam caritatem suam, & ardentem zelum, de vniuersuisq; salute, demonstrabat: affligebatur cum afflitis, erigebat lapsos, confirmabat stantes, sustentabat debiles, curabat peccatores, animabat pusillanimes, infirmis & pauperibus praefidium suum offerebat. Et quia certò sciebat, in caritate cōsistere plenitudinem legis, omnisque perfectionis vinculum, non dedignabat.

B. VIRGINE. 217  
batur cum humilibus & infirmis conditionis hominibus conuersari, vesci communibus eorum cibis, eandemq; viuendi rationem cum eis tenere. Denique consilijs, & responsiis suis diuinā sapientia plenis, primituē illi Ecclesiæ magno adiumento & ornamento erat: illa enim docebat Apostolos, confortabat Marryes, instruebat Confessores, erat speculum Virginum, confortatrix viduarum, admoniebat coniugatos, omnes in vera & Catholica fide constitutabat. Quare verisimile est eius sapientia singulari, exemplo, honestissimisque laboribus nō solum iudeos, sed etiam gentiles multos ad fidem conuerteret. Acedithis omnibus studiis peculiare in colenda paupertate sancta, sciens, quantoperē ea esset à Christo filio suo laudata, & viuo quoque ipsius exemplo consecrata. Voluit igitur, vt affirmant quidam auctores, semper viuere inter pauperes & Evangelicas viduas, quæ à primis septem Diaconis ab Apostolis ordinatis, sustentabantur. O ter sancta & admirabilis vidua, & quę eosque te abiecisti, vt in numero aliarum pauperum esse volueris, & vñā cum illis ex cōmunitatibus eleemosynis viuere, vt ita hoc quoque

218 M E D I T A T . D E  
que perfectum Christianæ paupertatis exemplum mundo relinqueres. Atque hinc cognosci quoque potest profunda eius humilitas. Nam cum illa solita fuerit se in omnibus rebus demittere, & infirmam censere Scriptura quoque, dum nomina commemorat eorum qui post ascensionem Christi se receperunt in cenaculum, cum merito primo loco mentionem facere deberet M A R I AE matris Domini, nihilominus prius nominat omnes Apostolos, tum mulieres, ac postremo MARIAM IESV matrem: Quod merito ita contigit, vt nimium quæ existens prima, se faciebat omnium extremam, prima omnium & suprema fieret: & quæ erat ancilla omnium, fieret regina & domina omnium, & quæ cum ineffabili mansuetudine non solum se postponebat pauperibus viduis, sed etiam mulieribus peccantibus, quæ ante fuerant peccatrices, metito super ipsos Angelos exaltaretur.

4. I AM appropinquabat tempus, quo haec sanctissima mater ex hoc mundo migratur erat ad filium: vbi considera causas, quas, et si fuerit concepta sine peccato, congruebat illam per angustia mortis

E. V I R G I N E . 219  
mortis portam transire. Ac primò, admodum conueniens fuit, vt Maria, sicut in alijs multis rebus se conformauit Christo, sic etiam in ista se conformaret, cundemque cum filio calicem biberet, atque ita per mortem (sicut & ille fecit) transiret ad gloriam. Adhæc non expediens Mariam destitui commodis & fructibus, quos homines ex morte sancte obita solē colligere: His enim per mortem accessio sit ad meritum & præmiū, Vnde & mors eorū dīcta est preiosa in cōspectu Domini, verè preiosa, cū illis nō aliud sit mori, q̄ è retro carcere egredi, & magno onere leuari, attingere periculose peregrinationis metā, redire ad patriā, & ingredi portā vite & regni cælestis. Quāvis autē beatissima virgo vere sit mortua, magnū tamē discrimen fuit, inter ipsius, aliorumq; mortē nullus enim vñquā sanctus existit, qui aut maiore desiderio expectāvit mortem, aut cōstantiore animo contempserit, aut à thesauro omnium virtutum instructior & præparator ad mortem fuerit. Certe si beati appellantur, qui in Domino moriuntur, quis hac erit beatior, q̄ generauit vitæ aurorem, & mortis destructorem? Et si beati sunt servi illi, qui à Domino LUC.12.

Apo.14.

K. 2 re-

redeunte inueniuntur vigilantes, quæ beata erit hæc mater, quæ non solum inuenta est vigilans, verum etiam cum summo desiderio expectauit, & recepit tantum hospitem? Et si, sicut scriptum est, *in festis sperat in morte sua*, hoc maiore niti debet fiducia, quo accuratius omnem institutæ legem impleuit.

*Promy. 14.* Lætare ergo virgo prudenterissima, quæ tanta cura adornasti & conservasti tuam accensam lampadem; nam fieri non potest, ut aut oleum tibi deficit, aut ut lampas extingatur. Sequare ergo tuum dilectum sponsum, immo tuum filium, qui præcedit te, & vocat te, vt possis vna cum illo optatis perficii nuptijs. O quoties cogitandum est virginem lachrymis inter preces mixtis, in sacrificium filio obtulisse ardēs suum cor, quis ad opias eius aures illis verbis affectu plenis. Dirumperit tandem Domine vincula mea, & educit de hac custodia animam meam, ad confitendum nominis tuo, vbi me expectant iusti, donec retribuas mihi coronam iustitiae; Ecce quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, quando veniam & apparebo ante faciem tuam? Deinde conuertens se ad Angelos,

*Psal. 141.*

los, (qui eam continenter tanquā sui Principis matrem visitabant, & aulicorum more eam circumstabant) ait illis. *Adiuvo vos filia Hierusalem si inuenieritis dilectum meum, ut nunc ei sis ei, quia amore langueo.* Vnde cogita, quomodo purissimi illi spiritus (partim compatiendo materno & amoris plenissimo affectui virginis, partim quia ipsi etiā magno desiderio expectabant huius reginæ aduentum) supplicarint Dominum, hoc beneficium gratuitè sibi concedi, vt possint eam deducere & collocare in regio throno ad dextram ipsius in celo preparato. O quam verè dixisti beatissima Virgo te languere amore & dilecti tui desiderio. nā tota vita tua aliud non fuit, quam continuus quidam languor. Vnde à tempore quo genuisti filium tuum, usq; ad passionem, multarum & variarum perfectionum, quas ille perpeccus est in vita, timore languisti: deinde toto acerbæ sua passionis tempore, donec eū vidisses à morte excitatū, mortali & extremo dolore lagisti. O dulcissime leſu, q; huic matris tuae simili fructus tā latus & iucundus, cur illi causa es tā diuturni & acerbi martyrij?

*s. C O N S I D E R A ,* quomodo Dominus, de quo scriptum, quod ex-

222 MEDITAT. DE  
audiat preces pauperum, & preparati-  
onem cordis eorum nihil minus sa-  
re potuerit, quam tam iustum & san-  
ctum desiderium dilectorum suarum Matris,  
& Angelorum, pro illa supplicantium  
exaudire. Quare ilicet decreuit, ut  
Archangelus Gabriel adiret Virginem  
filiam Syon, eiique diceret, *Concupi-*

*Psalm. 44.* *sit rex decorum tuum, & ideo vocate,*  
*ut venias, & compares te ad coelestes*  
*& eternas eius nuptias. Ac valde con-*  
*ueniens fuit, angelum illum, qui pri-*  
*mus felicem illum nuncium dead-*  
*uentu filij Dei e celo in terram vir-*  
*gini attulit, eundem quoque bonum*  
*nuncium adferre de gloriose eius*  
*transfusione terra in celum. Nam si de*  
*Apostolo Petro, aliquique multis San-*  
*ctis legitur eos a Domino certiores de*  
*hora mortis redditos, quanto magis*  
*credendum est hunc fauorem imprimis*  
*praestitum ab eo dilectissimae sue Matri;*  
*quae semper omnibus illis donis &*  
*charismatibus abundauit, quae nulli*  
*vnquam sunt concessa? Ut ergo Virgo*  
*tam laetum & desideratum nuncium*  
*audiit, & vocem dilecti sui agnouit, q.*  
*pulsas ad cordis eius portam dicebat illa*  
*amabilia verba: Aperi foror mea, ami-*  
*ca mea, colibra mea, immaculata mea,*

Cant. 2.

B. VIRGIN. 223  
tota præ laetitia exultans haec verba di-  
xit, fide & charitate plena, aetali Matre  
vere digna. *Ecce ancilla Domini, fiat*  
*mihi denuo secundum verbum tuum* lam-  
si sanctus ille Rex David exultauit, cu  
*illi nunciaretur, quod esset iterum in*  
*dorsum Domini, quantum putamus*  
*laetitia fuisse huius beatæ matris cu ei*  
*indicatum est, iam iam iter instituendum*  
*ad domum cœlestem? O quomodo*  
*confitebatur desiderio ex hoc corpore*  
*migrandi, & oculis suis cernendi Do-*  
*minum, filium suum, & perpetuus cu*  
*eo permanendi? O dies beatus, o nun-*  
*ciius felix, tanto iucundior, quanto*  
*optabilius. Cum igitur hac de causa*  
*paulatim inciperet viribus deficere,*  
*considera quemadmodum in vili illo*  
*suo lectulo decubuerit tota diuinis in-*  
*tenta laudibus, & ineffabili quadam*  
*cordis dulcedine & pace absorpta, &*  
*in dilectum suum transformata. In hoc er-*  
*go statu existens, & tota amore emolli-*  
*ta, visa est haec spose verba recitare. Ful-*

*site me floribus, stipate me malis, quia*  
*amore langueo. Voluit autem Dominus*  
*nous hic adiungere consolationem, ut*  
*nepilla, (quod accidit magno illi pa-*  
*triarchæ Jacob) presentes videret, non*  
*solum omnes filios suos tunc in urbe*

to-

K 4

de-

degentes, sed etiam omnes sanctos Apolitos, in diuersis mundi partibus dispersos, qui visu singulari à Dominis moniti nō sicut miraculo omnes Hierosolymā peruererūt, simulq; omnes fælici huius dilectaꝝ sue matris migrationi præsentes adfuerūt in qua, velut nouellæ olivarum sacrarū circum dantes lectulū, haud dubiū, quin ex teneritudine, summoq; dolore cordis multas lachrymas profuderint, multi quoque marentium aliorum genitus audiit & suspiria, non quidem ratione Mariæ, quæ tantis huius vitæ malis tandem libera, ardens suum diuturnaque explebat desiderium, sed ratione Ecclesiæ adhuc teneræ, quæ absentia iolis matris, talisq; Magistræ & gubernatrix acerbis admodū vulnus accepit; quippe cuius salutaribus cōsilijs, opera & auctoritate mirum in modum sustentabatur. Verum ex alia parte perpende amabilita illa & extrema verba, quæ sacra virgo, coram illis protulit, sanctas admonitiones, & cohortationes, quibus illos est solata, ut nempe hunc suum ē mundo traxitum ad veram vitam non cum luctu, sed potius cum gaudio & gratulatione exciperent. Accerte hic le-

225  
etus & miseror coniunctus erat cum magno quodam interno & spirituali gaudio, quod excitati sunt ad hymnos & plāmos in Domini laudem conciendos; scientes, se non perdere Matrē suam, sed potius ad regnum cœleste p̄mittere, abire illam tanquam nostram aduocatam, quæ quoniam mater sit nostri iudicis & simul mater misericordiæ, fideliter quoq; & efficaciter negotia salutis nostræ sit tractatura.

6. DEHINC expende, non solum angelorum choros, & omnium Sanctorum in cœlestibus ordinibus existētum agmina, sed etiam ipsum regem gloriæ dignatum fuisse obuiam procedere dilectaꝝ matri sue, eamque suscipere, atque id postulabat amor talis filij erga talet matrem. Nam si ipse Dominus idem officium p̄ficit alijs multis sanctis, vt præsens in eorum obitu adesset, quanto potius credendum est idem fecisse illi, quæ tū naturæ, tum ardentissimæ caritatis arctissimo vinculo erat coniuncta, & super omnes creaturas dilecta. Vedit igitur MARIA C H R I S T V M filium suum illis oculis, quibus eum viderat paulo ante obitum suum B. Stephanus. Vedit eum venientem inter-

medias Angelorum copias , & ad se  
vultu tam hilari & iucundo tendente, vt  
tota incomparabili completeretur  
gaudio & exultatione, quod in tam  
benignas & amicas manus depositura  
esset animam suam . Vedit denique  
desideratam illam faciem admodum  
pulchram, & vocem dilecti sui suauissi-  
mam, invitantem, ut instar colum-  
bae in dulcium tuorum vulnerum  
foramina, & amabilis lateris sui  
cauernam intraret, exaudiuit. Vnde  
verisimile est, eam ex diuina  
filij presentia viribus quodammodo  
renouatis, surrexisse, & positis humili-  
genibus, & brachisque complicatis  
haec ultima verba pronunciauisse. *In  
manus tuas fili commendo spiritum meum.*  
Suscipe animam meam tibi tantopere  
dilectam, quam puram & immunem  
ab omni peccato conservasti. Corpus  
meum tibi & non terrae commando.  
Custodi tabernaculum, in quo tibi  
habitare libuit, transfer me ad te, qui  
dignatus es descendere ad me, vt vbi  
tu fueris, dulcissimus meorum viscerum  
partus, ibi ego quoque, Mater tua  
inueniar. Oblecro te quoque vt hos  
caros meos filios, quos dignatus es vo-  
care tuos fratres, consolari & confor-  
mare

*Cant. 2.*

tare velis, & ad benedictiones mearum  
manuum, eis nouas & copiosas bene-  
dictiones accumulare. Cogita deinde  
quanta verborum suavitate ei respon-  
derit Dominus, dicēs: Veni mater mea  
benedicta in quietem tuam. Exurge,  
& veni amica mea, & pulchra inter  
omnes mulieres, ecce hyems transiit,  
imber abiit & recessit, veni sponsa mea  
& immaculata mea, nam odor vngue-  
torum tuorum, tuarumq[ue] pretiosarum  
virtutum est super odorem omnium  
aromatū. Quibus verbis auditis, puris-  
simum spiritū suū in manus filij tra-  
didit, breuiq[ue] & suavi edito suspirio,  
diuinos oculos suos clausit, innocen-  
tissimāq[ue] anima ex castissimo illo cor-  
pore exiit. Vbi considera, illā, vt aliena  
semper fuit ab omni carnis corruptio-  
ne, sic etiā immunē fuisse ab omni do-  
lore mortis, immō benedicta illa anima  
summa suavitate, & incredibili cum  
laetitia ē corpore excessit, cantantibus &  
jubilantibus angelis cum tota coelesti  
militia, ac in brachia immō in cor dilecti  
filii sui infinito amore recepta est. Non  
audiebantur ibi amplius planctus &  
lamenta, sed dulces concertus, laudes  
iucundae, harmonia cœlestis, & inu-  
ta omnia gratulatio & exultatio.

*Cant. 2.*

## C O L L O Q V I V M .

**O**MARIA mater gratiarum, & mater misericordiae, quae, cum esses innocentissima, exemplo filij, Domini nostri, qui sua morte mortem destruxit, voluisti quoque tua morte lenire, & securioram reddere mortem nostram: rogo te, per ineffabilem consolationem, quam sensisti hora tui transitus, dum coram presentem apicere filium, & omni meo electo, imò cum summo gaudio & securitate spiritum tuum in sanctissimas eius manus commendares, digneris ultimo vitae meae momento, velut misericors mater animae meae peccatrici assistere, tuique fauoris umbra ab omnibus tuorum inimicorum insidijs & insultibus eam defendere; ut securius possit locum illum periculi plenum trahere, & in tuas benedictas manus suscipi, in quas ab hac hora toto corde eam commendabo. Nam si tu aduocata nostra mibi fueris propitia, nō dubiam spem capere possum filium quoq; tuum, Dominum meum non repudiaturum eam annimam, quæ à sua matre fuerit recepta & commendata.

D O-

## D O C U M E N T A .

**E**ATISSIMA Virgo post Christi filij scia ascensionem, totam se orationi frequentationi Templi Det, alijsq; p̄p̄i & sanctis exercitijs dedidit: pr̄bens eure perfectum exemplum, non solum omnibus virginibus, qua desiderant corpore & spiritu se diuino cultus consecrare, sed etiā omnibus Euangelio videntiis, quodnum sit proprium earum officium, & quomodo in hac vita conuersari debant, hoc est, mundi tumultus, eiusque vanitates desfigere, p̄secuti, quam si omnibus rebus mundanis essent mortuæ, adherere soli Deo, noctu diuīq; attendere orationi, meditationi, & piorum sanctorumq; librorum lectioni, sacra templa visere, amare lachrymas, cū Angelis potius, quam cum hominibus conuersari, continuoq; suspirijs & desiderijs ad celestia aspirare:

2. Mors beatissime virginis nullum metum vel macorem, sed potius consolationem attulit summam; velut suauissimus & incundissimus somnus: illa enim per omnem vitam eam exceptavit, quia sianum ad bona & eterna & celestia. Hac autem primaria causa est, cur homines tantopere reformati & fugiant mortem, quoniam videlicet, om-

nem sp̄e suam collocarunt in bonis caducis & terrenis, quibus per mortem spoliariuntur. Si igitur morte timere nolumus, imitemur hanc nostrā beatam matrem in sancta & pia vita, eiusdemq; desiderijs non terrenis sed celestibus.

3. C H R I S T V S Dominus noster nō modo sanctissimam matrē suam, sed innocentissimum quoq; corpus suū voluit legi mortis subiectum, ut nobis in morte nostra aliquid esset solatiū eiusq; & maris exēplo magis corroboraremur; ac praterea ut eodē exēplo possemus nō solum consolari nos ipso, sed alios quoque in illa extrema & difficultate mortis agoniam. Nam scilicet qui erant ligna viridia, hoc est, ab omni peccato immunes, voluerunt degustare mortē, quod magis nos ligna arida, qui onerati sumus peccatis, patienter tolerare debemus hanc penitentiam, eandemq; ingredi portam, quā ante nos Christus eiusq; mater ingressi non dubitaverunt: cū suo ingressu tam facile & iuendam eam reddidérint, ut operari possimus, quam reformidari debeat.

4. Quemadmodum omnes gratie & priuilegia B. Virginis propter nos facte concessas, occasione enim laetitia nostri letitia fuit in matrem Salvatōris, ac proinde meriti obligatur esse ad vocari Ecclę

eleſia, omniumq; fidelium, ut salutē consequatur; sic etiam per singula ria beneficia, qua illi contigerunt in morte, teneatur facere specialem aduocatam & protectricem in morte nostra. Quare si optamus in extremo illo & tremendo momēto ab ea iuari & defendi, inuocemus Mariam, denotiq; simus Maria; nullus enim unquam ei denotus fuit, quilla hora fuerit ab ea desertus, sed potius magna consolatione affectus.

5. Virgo sanctissima Dei mater, quia perspectum habebat consilium à Domine aliquando datum, de tenendo ultimo loco in hominum conuentibus: voluit ab omnibus haberi & tractari, tanquam omnium ultima & iusta. Quia humilitate obtinuit, ut postea in celo exaltata fuerit super omnes, in confusione nostram, qui miseremur ob peccata nostra existere sub terra; & tamen semper volumus in seculi olci emovere super alios, nec patimur quēquam nobis anteferriri; & si videatur nobis, quod exigua nostre ratio habeatur, vel non satis magno honore officiamur, moleſſe ferimur & turbamur: unde enemier, ut postea in altera vita, quemadmodum ipse Dominus testatus est signomētis eiciamur, & ne uissimum locum, omnium pedibus subiecti, teneamus.

232 MEDITAT. DE

6. Beataissima Virgo, ut à Domino per  
tijita etiam pro sua consolatione obti-  
nuit, ut Apostoli omnes prejentes illi sub  
extremam vite horam aderent, pra-  
bem et re nobis exemplum, quod magis  
nos, qui sumus peccatores, meritis, auxi-  
lio indigentes, debere desiderare & pre-  
cessare, ut in obitu nostro aliquos homi-  
nes spirituales presentes habeamus,  
qui nobis adiumento sint, &  
in tanto discrimine  
solarium aliquod  
submini-  
ffrent.

DE



Veni cornaberis de capite Amana . cant. 4

  
**D E G L O-**  
**R I O S A A S S U M-**  
**P T I O N E B É A T I S S I M A E**  
**V I R G I N I S M A T R I S**  
**D E I M Á R I A E.**

**M E D I T A T I O I X .**  
**S C R I P T V R A .**

*Apoc. 12.*

**S**IGNVM magnum apparuit  
in coelo, mulier amicta Sole, &  
Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.

**F I G V R A E .**

*2. Reg. 6.*

**R**EX David post debellatos omnes inimicos, videns iam regnum suum esse in pace & quiete, inquit Scriptura, recordatus est arca testamenti, que erat in domo Obedem: cumque eam velle in suum transferre palatum, ut ibi in maiori

maiori honore & auctoritate effet, instituit eam in rem festum admodum solenne, vario concentu musicorum instrumentorum celebrandum ipseq; Rex cum toto populo abiit ad eam inde amouendam, & cum magna latitia & gratulatione in suum palatum adducendam.

2. Cum regis Salomonis mater se ad<sup>3</sup>. Reg. 3.  
visum filium suum contulisset,  
asserit Scriptura, fuisse matri Regis  
preparatum thronum regium, eamque ad eius dexteram confidisse.

3. De Hesbher virgine Hebreæ com-<sup>Eph. 2.</sup>  
memorat Scriptura, eam à magno  
Rege Assuero amatam supra omnes  
alias mulieres. Unde tātam gratiam  
apud Regem obiinuit, ut eam in spousam suam elegerit, & capiti eius coronam regiam impoñerit, regnū eius  
in participem efficerit.

**P R O P H E T I A .**

**S**Virgo Domine in requiem tuam, tu<sup>Ps. 86.</sup>  
& area sanctificationis tuae.

*2. Sir.*

**Cant. 2.**

2. *Surge, propera amica mea, columba  
mea, formosa mea & veni. Iam enim  
hyems transi, imber abiit & recessit.*  
3. *Veni de libano sponsa mea, corona-  
beris.*

**Psal. 72.**

4. *Tenuissimum dexteram meam,  
& in voluntate tua deducisti me, &  
cum gloria suscepisti me.*

**Cant. 8.**

5. *Quae est ista, que ascendit de deserto,  
delicijs affluens, innixa super dilectum  
suum?*

**Psal. 44.**

6. *Astitit Regina à dextris tuis in ve-  
stitu deaurato, circumdata varietate.*

## CONSIDERATIONES.

**Evangel. 1.**

**I**AM tempus erat, ut pura illa & in-  
noxia columba, quæ missa est à ma-  
gno nostro Patre in hunc turbulètum  
mundum, post inuentam pacem tan-  
topeò ab omnibus desideratam, cum  
ramo oliuæ viridi rediret in arcam, ad  
eum, qui illam emiserat. Tempus erat,  
ut virgo sacratissima à Patre coelesti  
huc ad nos missa, pro salute mundi,  
post allatas tantas generi humano fœ-  
lici suo partu benedictiones, & luctam  
nostrum in gaudium conuersum, non  
amplius remaneret in terra, ac nebiscu-  
ta terram abiret, sed ad creatorem suū

re-

reuerfa, nouam quoque sua præsenzia  
celestibus ciuibus tanto desiderio eam  
præstolantibus, conciliaret pacem &  
lætiam. Veñum ptimò considera, qui  
bus de causis congruens fuerit, vt sa-  
cerdum huius innocentissimæ matris  
corpus non conuerteretur in cinerem  
& putredinem, sed ynà cù sanctissima  
anima gloriosum transferretur in cœ-  
lum. Et primò, sicut beatissima virgo  
excepta fuit ab illa generali maledic-  
tione contra Euam lata in poenam eius  
peccati, In dolore paries filios tuos: sic  
censetur, quoq; excepta à generali pro-  
na, de qua dictum est ad adam. Pateris  
es, & in pulucrem reuertaris. Hoc enim  
privilegium virgini debebatur, ob exi-  
miam sanctitatem & gratiam, qua di-  
gnata iudicata est, vt in se ipsum DVM  
reciperet. Adhuc cù MARIAE hoc ca-  
dem sit cum carne Christi, vt haec  
dignitatem sua personæ mansit incor-  
rupta, secundum illud. Non dabitis san-  
ctum tuum videre corruptionem: ira  
certè conuenit, & mattis carnem in-  
corruptam mansisse: nam putredo  
& vermes sunt humanæ conditionis  
peccato inquinatae opprobrium, à quo  
opprobrio cù Christus fuerit immu-  
nis, immunis fuerit & Maria, cuius car-  
ne

**Psal. 15.**

238 MEDITAT. DE  
ne Christus se vespivit. Et certè aribus  
Christianis abominabile videtur, audi  
re sacratissimam carnem, è qua suam  
carnem Christus sumpsit, & cù diuina  
natura coniunxit, in cibum datum ver  
mibus. Præterea si Dominus integrum  
seruare voluit virginalem verecundiā  
suę matris: cur fas nō sit credere, quod  
illà à pittredine & scoriore aliena cōser  
uare voluerit? si enim tanto honore a  
afficit in vita, vt super oēs alias muke  
res eam tot privilegijs & prærogatiis  
exornarit, sanè valde piut est credere,  
quod eam etiā in morte hoc singulari  
privilegio honorare voluerit. Accedit,  
dignum est, vt Dei thonus, sponsi  
que celestis thalamus, & sacrum illud  
Christi tabernaculū sit vbi ipse est: nā  
theaurum tā pretiosum potius in ce  
lo, q̄ in terra conseruari, congruens est.  
**A**cū Dominus domū Raab mereticiū  
euerti noluit, cum reliquis domibus  
vrbis Hiericho, eo quod in illam re  
cepit, & absconditi ad vnam diem fu  
erint exploratores iōsue, quanto rati  
onabilius domum Virginis Ma  
riæ, in quam idem Dominus re  
ceptus est, & totos nouem menses in  
habituauit, conuenit non destrui, ne  
in cineres dissolvi? Si quoque Do

B. VIRGINĒ. 239  
minus dixit seruis suis: *Quis mihi mini  
strat me sequatur: & vnde ego sum, illuc  
minister meus erit;*, nec dubium sit,  
heatissimam Virginem fidelius ab his  
omnibus Christo seruisse, tot annis  
pro eo laborando, eam comitando quo  
cunq; iret, & ministrando vñq; ad cru  
cem: Si igitur illa nō est, vbi vult Christus  
ministros suos esse, vbi erit? Et si  
ibi est, vbi Christus, sed æqualis reliquias  
in gratia, quomodo locus datur diui  
ne equitatib; & iustitib;, cuiq; rependē  
ti secundum merita? Ergo si Maria dñ  
vixit, virtutibus & misericordiis pre  
luxit mortalibus, dominis vñq; iustitiae  
cogniens eū, vñ filio, ad sublimiorē, quam  
cæteri ministri, gradua sit eue  
cta; nempe non anima castum, sed et  
iam corpore; inq; si de alijs multis le  
girur, eos in Resurrectione Domini,  
ex speciali privilegio vñ cum CHRI  
STO, à mortuis excitatos, resurrexis  
se, cū quo etiam nunc in gloriosis cor  
poribus regnant in celo, qua ratione  
credi potest, priuilegiū à Christo mul  
tis concessum, negatum proprio ma  
tri? Denique nec dubium vllum est,  
quoniam Christus id facere potuerit, est. n.  
omnipotens: modū quoque, & ratio  
nē id perfaciendi perspectam habuerit,

zeli enim infinita sapientia preditur.  
Vultus quoque facere, quia summe  
bonas & benignus est. Erat quoq; hoc  
ipium admodum conueniens ut sie-  
ret: nam cum ille madauerit in honore  
habendā matrem, conueniens, ratio-  
niique constantiam erat, ut hoc ho-  
nore quoque afficeret matrem suam.  
Quare & circa dubitationem villam fe-  
cit, & corpus eius incorruptum, & pu-  
trefactum, expers custodiuimus; atq; ita  
anima & corpore gloriosam in cœlestis  
regnum subduxit.

2. Legimus sanctum regem Davidem,  
post debellatos omnes hostes, & paci-  
ficati regni sui possessionem obtinens,  
in palatio regio degentem, atrae Dei  
tandem recordatum, quæ adhuc in  
priuatis ædibus Obbededom custodie-  
batur, sed non tanta veneracione, quæ  
ta sacris his reliquijs debebatur. Itaque  
mox imperauit, ut quanta fieri posset  
religione, & veneratione in suum pa-  
lacium transserretur, ipseque cum to-  
to populo eō concessit, ut villam excipe-  
ret, & comitaretur. Non secus Christus  
Dominus noster, rex cœli & terre,  
post triumphum de mundo & Satana  
subacto celebratum, dum in cœlo, in  
pacifica & cœlesti Hierosolyma regna-

ret;

ret, recordatus est sancta & diuinæ ar-  
ce, in qua ille elegerat corporaliter  
habitare, & adhuc sub terra erat. Vnde  
desiderare ardens transferendi illam in  
locum dignorem, ut rem omnium  
longè carissimam, cogitauit illud,  
quanta posset solennitate perficere.  
Qua de causa obsecrabant illum quo-  
que Angeli sancti, optantes videre suæ  
Reginæ gloriam & exaltationem, per  
quam cuitatis illius cœlestis tuinæ  
erant restauratae. Idem orabant l'atri-  
archæ & Prophetæ, cum omnibus alijs  
cœlestium ciuium ordinibus, ut gra-  
tiiam aliquam rependerent, pro singu-  
lari beneficio sibi praestito, quod  
opera huius matris ab illis tenebris, &  
vmbra mortis (in quibus tot annis  
delituerant) sint liberati, & in admira-  
bile lumen ac Domini eorum gloriam  
translati. Pro hac quoque supplica-  
bat beatissimæ Virginis anima: vide-  
batur enim conueniens, ut innoxium  
eius corpus, quod semper ei paruerat,  
laborumque & afflictionum pro ipso  
Domino perpessorū, particeps fuerat;  
particeps quoque fieret præfij, sum-  
maque gloriae, quam in cœlo obtinu-  
erat. Similiter & ipsum corpus suis  
quoque precibus cœlestis sponsaures

L pul-

Cant. 1.

pulsauit ad quem videtur, dum suauiter in illo sepulcro obdormiret, in hæc verba locutum, *Oscula me osculo  
oris fui.* Deniq; sp̄ritus admirabilis ipsius Domini gemutibus inenarrabilis, clamās in corde, orabat illum, ita per eius bonitatem insinuatique caritatem constringebat, ad hanc gratiam & honorem suæ matris tantopere dilectiū impertiendum. Pernotus ergo his desiderijs sarcissis, iuluisq; precib; elemē tissim Dominus, cum diuinam suā volūtatem p̄fescisset: vidisses subito aperiri cœlos, & angelorum exercitus descendere, q; magno triūpho & glorio partim p̄ceabant, partim lequebantur, partim etiā comitabātur Regē gloria, qui ipse sanctissimam matris animam brachiis suis amātissimè completest, adiç campum Gethæmani, vbi innocentissimum eius corpus inueniaret. Vbi dū dulcia illa, & amoris plenisima verba pronunciat. *Surge amica  
mea, speciosa mea & vani, sonet vox tua  
in auribus meis. vox enim tua dulcis, et  
facies tua decora nimis. Veni de Libano  
speciosa mea, coronaberis. vno momēto  
tancta illa anima purissimo corpori co-  
iuncta est, & gratiosissime diuinisq; occu-  
lis suis apertis respondit. Ecce venio, us  
fr-*

Cant. 2.  
Op. 24.

*faciam voluntatē tuā Deus meus.* Quo dicto, postquam velu humilis ancilla incredibili submissione Dominū adorasset, accepto ab eo osculo pacis illius, quæ exuperat omnē sensum, infinita letitia gestis in filij sui brachia se recepit. 3. *C O R P O R E* vero illo glorioso è sepulchro prodeunte, videre erat è terra fulgente in quandam & splendidam emergere aurorā ita nouum quendam Solem hoc nostro lucidorem. Tunc omnes stellæ matutinæ, spiritus illi angelici, beataeque animæ, huius nomi solis radijs illustratæ, gratus caperunt collucere, & felis vocibus acinere, sic prorsus ut terra æquæ & cœlum eius laudibus, suauissimisque hymnis & melodijs resonaret. Quod si de Regina Saba scriptum est, eam in r. Reg. ro. gressari suisse Hierosolymam multo cum comitatu, & diutius, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & geminas pretiosas, cum quereret Regem Salomonem: quanto nobiliorem, illustrioremque comitatum suisse credimus huius magna Reginæ & imperatricis, non terra solum, sed etiā cœli quos thestūtos, quantas opes tot donorum & charismatum cœlestium à diuina bonitate illi

L 2 colla-

244 MEDITAT. DE  
collatorum secum abstulerit? Quam  
varia & odorifera fuerint excellentissi-  
marum virtutum eius aromata? Quam  
copiosum & resplendens fuerit perfe-  
ctissimum eius charitatis aurum? Quam  
pretiosae tot præstantium prærogati-  
uarum gemmæ, quibus supra omnes  
alias creaturas à Domino ornata fuit  
& exculta? O quam nobile donum  
hoc die terra nostra intulit celo, vt  
dum damus & vicissim recipimus,  
felici amicitiæ vinculo humana diui-  
nis, terrena coelestibus iungentur.  
Sursum ascendit primo fructus terre  
sublimis, unde postea optima & per-  
fecta dona ad nos defluerunt. Itaque  
etiam hæc beatissima Virgo ascensio  
in altum dabit dona hominibus; nec  
enim potest illi, aut potestas, aut vo-  
luntas deesse; est enim illa Regina celi,  
est misericors, est denique Virginis  
filij Dei mater: iam verò contemplantæ,  
quo modo hæc gloriofa regina eue-  
cta sit in cælum, diuina nimurum lu-  
ce vndique vestita & circumdata, & in-  
star teneræ & delicatæ sponsæ supra  
dilectum summum innixæ, sustentata, &  
deportata in vlnis eius, quem sepius in  
pectori applicauit. O quâ felix remune-  
ratio,

B. VIRGINE. 245  
ratio, quam iucundum hoc fuit specta-  
culum. Hæc est speciosa illa columba,  
quæ, vt canit Ecclesia, visa est ascendere  
super prios aquarum, verè columba  
et singularem suam puritatem &  
simplicitatem, & simul speciosa ob di-  
uinorum eius virtutum ornatum, &  
inæstimabilem gloriam. Rectè au-  
tem dicit, quod viderit ascendentem  
super aquas; nam ascedit innixa super  
fontem viuum, super aquas refectionis,  
de quibus ipse Dominus dixit. Si  
quis sit, veniat ad me & bibat: Consi-  
dera deinde quanta lætitia signa des-  
erit nobilis ille comitatus eā cingens.  
Legitur de rege Davide, cum comitare  
tur arcam Dei, illam septem cantorum  
choris circumdatam fuisse, suarum vo-  
cum, cautionumq; varietate suauissi-  
mam edentium harmoniæ & cōcentum:  
quales ergo chori erant, qui hodie hæc  
viuam Dei arcam stipârunt, nisi chori  
Angelorum, Patriarcharū, Prophetarū,  
Apostolorū, Martyrū, Confessorū  
& Virginum, qui omnes una cantan-  
tes dicebant: *Surge Domine in requiem*  
*tuam, tu arca sanctificationis tuae.* At *Psalm. 131.*  
caeterè regia, arca pretiosissima, in  
qua totius sanctificationis thesaurus  
latebat: arca non iam illa, quam rex

L 2 David

David tanto triumpho comitatus est  
visque in suum palatium, quæ à Moy-  
se fuit fabricata, & tabulas conser-  
bat legis, sed viua arca, cuius archite-  
ctus & habitator fuit ipse. Auctor Le-  
gis, creator & conditor orbis, ille fabri-  
cavit illam, ille comitatus est, imò  
ille deporauit eam in regium suum  
& celeste palatium. Itaque meritò in  
solennitate tam gloriofà p̄gā gāndio  
jubilant omnes filij Dei, & singula-  
tum Angeli accinentes laudes Virginis,  
eo quod ipsorum Regem genu-  
isset, & vitam in terra similem suæ,  
imò plusquam angelicam duxisset.  
Iubilabant Patriarchæ, quod nata ex  
eorum stirpe, nobiliores & illustrios  
quoque ipsos reddidisset. Iubilabant  
Prophetæ, quia illis primum fuit reue-  
lata, & ab illis varijs modis prenūcista.  
Canebant etiam A postoli, qui tunc ad  
huc viuebant in terris, quia ab ea velut  
matte & Magistra, in multis dogma-  
tibus erant instruti, multorumq; ar-  
canorum & diuinorum mysteriorum  
consci per eam facti. Gaudebant simi-  
liter Martyres, velut de illa, cuius ani-  
ma transfixa fuerat doloris gladio, &  
ideo plusquam Martyr erat, irno omnium  
martyrum regina. Celebrabatur item à

Com.

Confessoribus, quia quo tempore  
Christus passus & mortuus est sola in-  
trepide cum confessa est. Denique &  
Virgines magnum ei detulere hono-  
rem, & suauicentru eam sunt com-  
itatæ, cùd quod inter illas omnes tenet  
principatum, atque vñà cum] Virgi-  
nitatem meruerit obtinere donum fac-  
cunditatis. Hic perpende quātum p̄z  
letitia exilerit S. Virgo inter tot lau-  
des, tantas benedictiones, & tot sua-  
vissimas celestium concentuum vo-  
ces, & multò amplius, cùm videret di-  
uiños filij oculos in se cū tanto amore  
conicestos, iamque suis brachijs com-  
pletebatur tantopere desideratum &  
quæstum. Quare meritò usurpare  
potuit illa sponsa verba, *Inueni quæ di-  
legit anima mea, tenui eū, nec dimittā.*  
*Cant. 3.*

4. CONSIDERA, dum hæc regina  
tanto cum triumpho & gloria è terra  
in coelum perducitur, supernæ Hie-  
rusalem ciues admirabulos naturam  
tam imbecillem tantis resulgere vir-  
tutibus & donis, intra se dixisse,  
*Quæ est ista, quæ ascendit de deserto,* *Cant. 3.*  
*delitijs affluens, innixa super dilectum*  
*fūi? Quæ verò erat aliae hec delitiae, nisi*  
*rari illud virginitatis decus, cum faci-  
tatis dono conjunctū illa singularis,*

L. 4 pro-

profundaque humilitas, illa ardenter  
sima charitas, ille fauus misericordiae  
dulcissimus, illa gratia plenitudo, illa  
gloria eius prærogativa singularis.

Ascendit deniq; innixa super dilec-  
tum suum, vnum idemq; facta cum  
ipso. Ofelicem matrem, cui diuina ma-  
iestas seruuit pro sustentaculo, quæq;  
in sui sponsi, filijque vlnis mequit re-  
quiescere. O quæta dignitas, quam ex-  
mium priuilegium est tam familiariter  
posse inniti super illū, in cuius facie  
etiam Angelicæ potestates reformidat  
oculos coniucere. Considera, quid hoc  
loco primi Angelorum chori, qui in  
hoc nobili triumpho præsibant, respon-  
derint. Hęc est, dicebant, illud taberna-  
culum sanctum Syon, manu altissimi  
fundatum, de quo ille, postea factus  
homo, nasci voluit. Adhæc subiun-  
gentes dicebant, *Ista est flos inter  
filias Hierusalem.* Eadem de causa &  
reliqui sanctorum chori, qui instar coro-  
ronæ huins sacre Imperatricis larus  
stipabāt, dicebāt. Hęc est, cuius profun-  
dā humilitatea Dominus respexit, in  
qua magna operatus est, qui potes est,  
vnde & omnes generationes merito cā  
beatam prædicant. Cum igitur tan-  
ta solemnitate & pompa deducta fue-  
rit

rit in cælum, cogita quam ineffabili lę-  
titia perfusa sit, in ipso ciuitatis Dei  
ingressu, quanta congratulatione ab  
omnibus fuerit recepta, quanto ho-  
nore & gloria hodie à Domiuo fuerit  
in domiciliu cæli inducta, vt re-  
penderet officium hospitalitatis sibi  
præstitum, cum ingredetur castel-  
lum mundi, hoc est, virginem eius  
veterum, nam sicut in terra locus in-  
uentus non est dignior illo virginali  
templo, in quo MARIA hospitium  
præbuit Dei filio: sic in cælo non fuit  
locus dignior regali illo solio, in quod  
ipse MARIA E filius matrem suam  
euexit. Iam quis mente comprehen-  
dere poterit, quādo deuotionis affectu  
omnes illæ celestes legiones illi obui-  
am processerint, quo concentu, qua  
celebritate fuerit perducta ad thronum  
gloriarę? Quam sereno vultu, di-  
uinisque amplexibus fuerit à filio re-  
cepta, eoque honore, quo tanta ma-  
ter erat digna; eaque gloria quæ tantæ  
matri congruebat. Verè fælicia fu-  
te oscula ab ea infantulo IESV da-  
ta, quando eum in vlnis suis virgi-  
nei complectebatur, & pectoris sui  
lacte pascebat. Verum, quanto  
feliciora putamus fuisse oscula,

L 5 quæ

## 252 MEDITAT. DE

*3. Reg. 2.*

Tunc, ut scriptum est, *positus est thronus matris Regis, quæ sedit ad dexteram eius.* visaque est regina, de qua locutus est Propheta, assister ad dexteram Regis glorie in veste deaurata, summae & inestimabilis gloriae, innumerabilium virtutum & perfectionum varietate circum circa ornata. Tunc illi viginti quatuor seniores, ut est in Apocalypsi, coronas suas deposuerunt ante thronum Dei; hoc est, ante beatam Virginem, in qua, velut in regio throno ipse DEVS requieuit. Et quid aliud per hos seniores significatur, nisi omnes celestium ciuium ordines, qui omnes deposuerunt coronas suas, hoc est, virtutias, honores, & praemia ad Virginis pedes, hoc ritu testificantes illâ esse Reginam suam, & omnibus illis coronis esse dignorem, eò quod in ipsa, plus quam in alijs omnibus resulserit angelorum puritas, Patriarcharum fides, Prophetarum spes, charitas & zelus Apostolorum, constantia Martirium, Doctorum sapientia, Confessorum temperantia, castitas Virginum & Matrum secunditas. Tunc audisset in celo vocem communem omnium, ex immeiso gudio & laetitia clamatiū, *Benedictio & claritas & sapientia, &*

*Psal. 44.**Apoc. 3.*

## B. VIRGINE 253

*gratiarum actio, honor, & virtus, & Apoc. 19.*  
forteudo Deo nostro. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptia agni, & uxor eius preparauit se. O quanto iubilo, quanta admiratione & gaudio, quam laetis & iucundis vocibus omnes viae & platee cœlestis ciuitatis personuerunt? ibi prætabantur Mariæ laudes, ibi omnibus parabebat eius gloria, ibi nomen eius ab omnibus in cœlum cerebatur, & nos sitio: quia quo quisque honore & felicitate fruievatur in se is longissime redundabat in MARIA, immo ex abundanti eius plenitudine omnes participabant & gaudebant.

*& SIGNVM magnum apparuit in Apoc. 12.*

*celo, mulier amitta Sole, & Luna sub pedibus eius. Signum verè magnum est beatissima virgo: quia è longinquo visus est, nem pe à Deo ante omnia sacerla præuisa & prædestinata, ut esset virginis filij sui Mater, & similiter ab initio mundi fuit à prisca Patribus varijs modis præfigurata & prædicta. Magna quoque est Virgo ob magnitudinem opum, honoris, potentiae, & nobilitatis: quæ enim in qua uelante, vel post ipsam in mundo reperta est à virtutibus, donisque celestibus, in quibus*

256 MEDITAT. DE  
ab eo, qui dixit, *Sine me nihil potest fieri*  
TOM. 12. cere. Præterea, ut Luna est admodum  
mutabilis, & varia; sic Ecclesia varijs  
mutationibus, persecutionib. & affi-  
ctionibus subiecta est. Vnde nunc ple-  
na luce resplendet, nunc tota obscuratur,  
sic ut rectissimè dicitur Maria stare su-  
per Lunam, sed sub Sole, ipso media  
inter Solem & Lunam, Christum &  
Ecclesiam. Nos igitur sacra huius no-  
stræ mediaticis amplectamur vesti-  
gia, & supplices pedibus eius deuotis  
fimis precibus eam teneamus, nec de-  
seramus, donec saam nobis impetrat  
benedictionem.

7. SEQUITVR in scriptura. *Et in capite eius corona stellarum duodecim. Caput verè dignum coronari stellis, quod suo eximio splendore potius illustrat stellas, quam illustretur & ornentur ab ipsis.* Quid verò mirum coronari stel- lis eam, quæ est amicta Sole? Utinam illarum gemmarum valorem compre-  
hendere quis valeat, ac nominare stel- las, è quibus regia illa Mariæ corona fuit contexta. Quid igitur aliud fuisse stellas illas cogitare possumus, quibus illa collocet tā admirabiliter, nisi duo-  
decim prærogatiwas, quibus Maria su-  
pra omnes dotata fuit & exornata.

Qua-

E. VIRGIN. 257

Quarum prima est, quod ex singulari-  
tate Christi filij sui gratia concepta fuerit  
sine villa peccati originalis macula, in-  
star fulgentis auroræ, & Stelle matu-  
tinæ, quæ prima lucem veri solis in-  
tulit, & annunciatum mundo. Altera  
prærogativa & stella huius corone  
est, quod inde à mundi principio na-  
tivitas eius tot modis fuerit prefigu-  
rata, & tot illustribus promissis pre-  
nunciata. Tertia est, quod prima, neg-  
lectis ex libertate spiritus legis Mosaicæ  
decretis, Deo virginitatem, mentisque  
& corporis integritatem consecravit.  
Quarta est, quod tanta reverentia &  
submissione, tamque officiosè fuerit  
salusata ab Archangelo, ac si iam illam  
in regno fixo supra omnes caelestes  
Hierarchias confidetem vidisset. Quin-  
ta prærogativa fuit, quod in beato  
vtero suo sola Spiritus sancti virtute,  
nulla ope humana, & sine villa virginis  
tatis sua iactura filium conceperit. Se-  
xta est, quod à communii illa & veteri  
malierum in dolore filios parentium  
maledictione immunis fuerit: nam  
non solum citra dolorem villum pe-  
perit, sed etiam summorum gaudio  
& exultatione. Septima est, quod post  
partum Virgo permanserit: filius e-  
milia

nim Dei eodem modo egressa est ex vtero matris, quo postea exiuit è sepulchro clauso. Vnde se quitur illam simul suisse Virginem & Matrem, atque ita confutata esse benedictionem secundatis, ut non amiserit donum virginitatis. Octava fuit, quo i genuerit filium, qui simus erat Deus, ac prouide verum hominem, simul & verū Deū, quare & merita appellatur Mater Deū. Nonā prærogatiua est, quod inde ab exordio conceptionis suæ tanta gratia copia in ea fuerit, vt tota vita neque peccarit, neque peccare potuerit, etiam venialiter; quod de nullo alio sancto, etiam in vtero mattis sanctificato legimus. De imma est, quod post mortem sacram eius corpus fuerit integrum, & ab omni corruptione ac putredine liberum conseruatum, non fecus quam corpus filii. Undecima, quod paud post obitum fuerit à Domino refusa anima, & corpore in coelum gloriosè assumpta. Duodecima, & ultima prærogatiua est, singularis illa gloriis, qua nunc in celo supra omnes beatas & supra omnes Angelorum chorus perficitur; sic proorsus, vt post Christi eeu Regina & Mater eius primam dem ad filij sui dextrā in cœlesti regi-

obtineat. Haec ergo sunt pretiosissimæ illæ, & inæstimabiles geminæ, ac lucidissima stellæ, quibus magna huius multitudinis & dignissimæ nostræ Reginæ tantopere à Deo honorata, & ab omnibus creaturis cultæ caput exornata videmus. Quare merito de ea dici potest, quod in eius laudem canit Ecclesia: *Nec primam similem visa es, nec habere sequentiam.*

## COLLOQUIVM.

**O**Serenissimæ Reginæ, ô misericordia mater, ô vita, dulcedo & ratiæ spes nostra, quæ hodie cum tanæ gloria cæli ascendisti, tuaque singulari pulchritudine, vniuersam ciuitatem Dei exhilarasti, oro te sponsi huius dilecti, cui inseparabiliter nunc es coniuncta, amorem, vt tantarum delitiarum, quibus in felici patria abundas, nos inopes Eue filios in hac lachrymarum valle exules participes reddere digneris; conuerte, quæ so, ad nos misericordes & maternos oculos tuos, & deorsum dona & charismata spiritalia de mitte, vt, si non mereamur beatas & lautes illi mensæ accumbere tanquam filij, saltè ex misis de sanctissimis tuis manibus cadentibus satiari possimus

260 MEDITAT. DE  
tanquam catelli. Quare, ô fideissima  
aduocata, & misericordissima mater  
nostra benignè excusare velis insuffi-  
cientiam nostram, nobisque conce-  
dere, vt precum tuarum beneficio ad  
contemplationem & possessionem ex  
lestium tuorum bonorum peruenire  
aliquando possimus, vbi fauore &  
opera tua gloria coronati, te, filiumq[ue]  
tuum dulcissimum in secula seculo-  
rum dignè collaudemus. AMEN.

D O C Y M E N T A.

**B**EATISSIMA Virgo corpore &  
anima in celis asumpta est, ut ibi pri-  
nobis officio fungeretur. Mediatrix &  
aduocata apud Dominum, tam in corporali-  
bus, quam spiritualibus necessitatibus ita  
que si velimus ab ea exaudiiri. Si uari-  
actrande aliquando cum ea regnare & triu-  
phare in celo, sicut camut eam impetrari, &  
semitam illam quam illa percurrit, per-  
sequamur. Nam in primis Virgo ut al-  
calefie domum attingeret, tenuit viam  
puritatis: sic nos in secessu eius vesti-  
gijs operam dare debemus, ut puritatem  
spiritus & corporis tueamur, si quidem  
scriptum est. Non intrabit in campa-  
quid coquinatum. S E C V N D O  
trivit B. Virgo viam humilitatis: sic nos

Apo. 21.

**B. VIRGINE.** 261  
sæmitandam semper debemus hanc vir-  
tutem habere in corde, verbis & operi-  
bus: submissæ de robis sentiendo, & cum  
omnibus colloquiis humilia & mansue-  
tans instituendo, nec refugiendo humiliatis  
**C H R I S T I A N Æ** opera, si quando  
aut proximi charitas, aut maior Dei glo-  
ria postulat. Nisi enim efficiamur sicut **Matth. 4, 12**,  
paruuli, inquit **Dominus**, non intrabi-  
mus in regnum celorum. Tertio te-  
nuit B. Virgo viam paupertatis, nihil ha-  
bens proprium in hoc mundo: sic nos si vo-  
lemus esse participes opum cœlestium, nu-  
esse est, ut cor nostri uero ab his bonis terre-  
ni & caducis annullamus, cu[m] dixerit Do-  
minus, Facilius esse camelio transire per **Matth. 5, 14**,  
foramē acus, quā diuitem intrare in re-  
gnū celorum. Quarto trivit B. Virgo viam  
charitatis tam erga Deū, quā erga pro-  
ximum: sic: quod nos amere Dei debemus  
omnibus alijs rebus, et in vita nostra an-  
teponere, parati potius mori quam diui-  
num aliquod preceptū pruaricari; de-  
bemus item dilatare charitatem in pro-  
ximum, compatiendo illi, & in necessi-  
tatis tam corporalibus, quam spiritua-  
libus illi subveniendo: charitatis enim est  
symbolum, et se Domino, quo dignoscitur  
veri Christiani, & discipuli **CHRI-**  
**S T L.** Quinque beatissima Virgo quo-  
que

160

que ambulauit per viam patetie in tribulationibus & persecutionibus: per quas necesse est nos ambulare, si saluari velimus. Nam, ut dicit Apostolus:

**2. Tim. 2.** Non coronabitur, nisi qui legum in certauerit. Denique sicut sanctissima maria virgo usq[ue] ad finem vita in huncanis & p[ro]p[ri]is actionibus, quibus tam coronam prouenerunt in celo, perfuerunt; si satis nobis non est, bona via ingredi, sed opus est ut celestis corona premium assidue quamvis, ut in vita apia & sancta usque ad finem persistamus, etiam diversitatem dominum. Qui genit[us] easteruit usque ad nomen h[ab]itans.

**2.** Quoniam fides & certeudo dominorum mysteriorum Resurrectionis & Ascensionis in celo Christi Domini nostri Iesu Christi prodi, rat ad Iesu nostrum. Si enim

**2. Cor. 15.** Christus, ita quis apostolus, tu es surrexit, vana est fides nostra, idcirco Dominus vult illa tot apparitionibus, tam quae varijs argumentis horum viritatem manifestari. Sed natus erat eius secundissima, quia resurrectionis eius & assumptionis in celum fides non faciebat ad salutem nostram, sed tantum cedebat ad maiorem eius honorum & gloriarum, id est aelui tam manifestare; sed potius id i reportis ostendere, tota tuis rei caru[m] relinquentem De-

qui suis temporib[us] cum summo matru suo honore illud Ecclesiu inspirauit. Vnde dicere possumus, qua in nostrum honorem sedūcatur ex parte nostram melius taceri & occultari; Deus enim, quando ad maiorem gloriæ eius, & proximiori[bus] utilitatibus, rem emulgarit, si autem redundenter in salute aliorum modo possunt, sed etiam debent manifestari, exempla apostoli, qui ad Cirtentias in iste confusione subtilissimam reuelationem in suorum patrum in tertium cælum patescunt.

**2.** Mater Domini sanissima, quia certissimamente habebat a terra, & in Deo solo quem amavit, suam amabat, defacta, sic et in celo super omnes angelumnum electores exaltata est. Hic modus est quod Deus in electis suis remunerat, & reprobus castigans, & penitentes quo amplius hominem affluit, nam ab amore rerum terrenarum auellit, & in amore rerum coelestium comunitat, horum solidam iurem in eos lofedem coequalitur. Contraria quod affectus & mente magis imminens faciat terre, voluptatibus, & deliciis knivis mundi, ac carnium frumentis adheserit, hoc se le profundiorem obtineat sub terra. Itaque si certo cognoscere voluntates, que seru[n]dum obuenientia sunt in limis ar. humilis felix ne minifera, diligenter affectus & desiderio

254 MEDITAT. DE  
cordis nostri iudicemus, sicutne coelestia,  
an carnalia & terrena, ut bina affi-  
mare poterimus, quid Deus nobiscum fu-  
turus.

DE NATI-  
VITATE S. IOAN-  
NIS BAPTISTAE.

MEDITATIO X  
EVANGELIVM.

Acto. 1.  
**E**LISABETH autem impletum  
est tempus parendi, & pop-  
rit filium. Et audierunt vicini  
& cognati eius, quia magnificari  
Dominus misericordiam suam  
illæ, & congratulabantur ei. Ebi-  
tum est in die octavo, venerdì, de-  
cundere puerum, & vocabam  
eum nomine patris sui Zacharia.  
Et respondens mater eius, dixit:

B. VIRGIN. 265  
quaquam, sed vocabitur Ioannes.  
Erdixerunt ad illam. Quia nemo  
est in cognitione tua, qui vocetur  
hoc nomine. tonuebant autem Pa-  
tricius, quem vellet vocari eum.  
Et postulans pagillarem, scripsit,  
dicens, Ioannes est nomen eius,  
& mirati sunt vniuersi. Apertum  
est autem illico os eius, & lingua  
eius, & loquebatur benedicens  
DEVM. Et factus est timor super  
omnes vicinos eorum, & super o-  
mnia montana iudeæ diuulgaban-  
tur omnia verba hæc, & posue-  
runt omnes qui audierant in cor-  
de suo dicentes. Quis putas, puer  
iste erit? Etenim manus Domini e-

rat cum illo. Et Zacharias pater e-  
ius repletus est Spiritu sancto, &  
prophetauit dicens. Benedictus  
Dominus Deus Israhel, quia visi-  
tauit & fecit redemptionem ple-  
illa, & congratulabuntur ei. Ebi-  
bis suæ.

FIGVR AE.

**E**LISAEVS prophetare refusi-  
4. Reg. 4.  
Etaturus filium mulieris Suma-

M

mi

mitidū præmisit seruum suum Gie.  
z., mandans ei, vt accingeret lumen  
bos suos, baculumq; suum poneret  
super faciem mortui pueri, quem  
secutus est Propheta, eumq; à morte  
excitauit.

## PROPHETIAE

*Mala. 3.*

1. **E**CCE ego mittō angelum meum,  
et preparabit viam ante faciem  
meam.

*Psal. 131.*

2. Paraui lucernam Christo meo.

*Esa. 49.*

3. Dominus ab utero vocauit me, de  
ventre matris meae recordatus est nomi  
nus mei.

*Luc. 1.*

4. Tu puer Propheta altissimi vo  
beris, præbis enim ante faciem Domini  
parare vias eius.

## CONSIDERATIONES.

*Puncl. 1.*

**I**N veteri testamento legimus, ma  
gno propheta Helisæo agente in mō  
te Carmelo, filium mulieris Sunam  
tidis, quæ consueuerat Prophetam ho  
spitio recipere, mortuum in ea ipsa de  
mo iacuisse. Vnde mater summo de  
lere affecta illico se contulit ad prop

*4. Reg. 4.*

ram, multisque lachrymis eum roga  
uit, vt vellet descendere, vt quemad  
modū suis orationibus & meritis im  
petrasset filium istum, sic etiam nunc  
mortuum dignatur vita restituere.  
Præmisit tunc Helisæus seruum suum  
Giezi accinctum lumbis cum baculo  
suo, vt eo super faciem pueri defuncti  
posito, quodammodo disponeretur  
ad resuscitationem mox consecuturā.  
Verum inesta mater notis precib. in  
stans obtinuit, vt Propheta ipse se con  
serret ad excitandum filium. Eliseus er  
go in gressu domum, & locum in quo  
iacebat puer mortuus, clauso ostio ora  
vit Dominum, & incumbens corpori  
mortuo, ita se contaxit, vt os ponere  
super os eius, & oculos super oculos,  
manus super manus, caloremque suo il  
lud calcificiens resuscitauit, & viuum  
matris suæ restituit. Quis vero est alius  
hic magnus Propheta in monte sed  
dens, nisi unigenitus Dei filius, qui  
quieta suispiis fruendatur felicitate  
& gloria, rotumq; mundum è cœli fa  
stigio gubernabat? Hic est propheta il  
le in veteri lege promissus, de quoad  
populū Israhel Moyses in hæc ver  
ba locutus est: *Prophetam de gente tua,* *Dent. 18.*  
*de fratribus tuis, sicut me suscitabit*

268 MEDITAT. DE  
tibi Dominus Deus tuus, ipsum audier.  
De hoc codem Propheta, cum iam ad-  
uenisset, & admiranda opera in mundo  
patraret, dixerunt turbæ. *Quia Pro-  
pheta magnus surrexit in nobis.* *Ergo*  
*Deus visitans plebē suā.* Verè magnus  
est, quia magnus est Dominus, & ope-  
rū admirabilū effector. Deinde in plo-  
na pueri mortui considera genus huma-  
num, quod miserabiliter in ortum ia-  
cebat, viuifico diuine gratie spiritu de-  
stitutum, & per peccatum suum aeter-  
næ condemnationi additum. Hunc  
filiū suū deplorabat Synagoga eius ma-  
ter, cœlesti sponsō supplicas vocibus il-  
lis Prophetarum & Patriarcharum,  
qui tanto desiderio aduentum salua-  
toris expectabant, rogabantque ut ce-  
los suos inclinaret, & descenderebat  
restituendam homini eam vitam gra-  
tiae, quam in statu innocentiae creata-  
do illum in vertiuera. Motus igitur  
Dominus misericordia, partim huma-  
no misterio magistrudine, partim sua  
Ecclesiæ precibus, de redimento ho-  
minali berans, primum ante se emis-  
sit, ut fecerit Elizæus, seruum suum  
Ioanhem: renibus accinctum, quod a-  
liud non designabat, nisi eius con-  
uentiam & virginem castitatem. De-

B. VIRGINÆ. 269  
inde misit eū cū suo baculo, quod sig-  
nificauit prædicationem timoris &  
poenitentiaz, qua Ioannes eos permo-  
uebat, & dura illa corda præparabat,  
ad recipiendum salvatorem post ip-  
sum venientem. Posuit iocantes hunc  
baculum super faciem pueri mortui,  
sed non resuscitauit: nam baptismus  
eius non dabat, sed tantum demon-  
strabat gratiam, & ad illam dispone-  
bat. Denique descendit magnus ille  
Propheta exalto, ad illuminandum &  
vivificantum sedentes in tenebris &  
umbra mortis. Adhæc considera, quo-  
modo se infinita illa maiestas contra-  
xerit, & humana natura assumpta se  
abbreviavit, factus parvulus similis no-  
bis. Vnde factum est, ut suæ caritatis  
flamnis noscalescens, & pectoris no-  
stri glaciem igne suo, quem venit mit-  
tere in terram dissoluens, morte sua  
nobis restituerit gratiam & vitam aeter-  
nam;

2. ELISABETH, tempore pariendi  
completo, peperit filium. Vide quā  
admirabilis hic infans non soluti san-  
guine iunctus, sed etiam conformis  
Christo fuerit in omnib. virtuz actioni-  
bus. Accertè admodum conueniens  
fuit illum, quò Dominus quasi instru-

M E D I T A T I O N E  
mento uti voluit ad dandum redemp-  
tione nostræ initium , alijs omnibus  
ipsi Domino in viuendi ratione esse si-  
miliorum . Vnde & sicut Christus in  
veteri lege fuit varijs modis præfigu-  
ratus & præanniciatus ; sic & Ioannes  
à Prophetis prædictus . & multo ante  
promissus fuit . Christus ab angelo Ga-  
briele annunciatus est Virginis Matri  
suæ , & sanctum eius nomen simul ab  
eodem manifestatum : similiter ab eó  
dem angelo Ioannes patri suo Zacha-  
riæ annunciatus est , & proprio nomi-  
ne appellatus . Christus à primo sua  
conceptionis momento fuit sanctissi-  
mus , omnis maculæ originalis expers  
& Ioannes quasi à prima sua origine  
est in utero matris sanctificatus . Chri-  
stus fuit diuinitus conceptus , & natu-  
re ex matre virgine . Ioannes est per mi-  
raculum conceptus & natus de manu  
sterili . In nativitate Christi angeli Dei  
dixerunt gloriam , & pastores gauiissimi  
in hac verò Ioannis pater benedixit , &  
laudem Deo dedit . Vicini verò & co-  
gnati Elisabeth ei congratulati sunt .  
Christus multos annos latuit , anno  
quam se manifestaret mundo . Ioan-  
nes similiiter , puer in desertum se  
didit , ibique multis annis delituit , in

271  
tequam initium prædicandi ficeret .  
Christus nunquam literas didicit , sed  
à primo cōceptionis die plenus fuit di-  
uina sapientia . Sic Ioannes magistrum  
in terra non habuit , sed à Spiritu San-  
cto , dum adhuc esset in utero matris ,  
fuit institutus . Christus prædicauit po-  
nitentiam , & sacramentum Baptismi  
instituit . Ioannes item penitentiam  
prædicauit , & primus omnium co-  
epit baptizare aqua , imò ipse Christus  
fuit à Ioanne baptizatus . C H R I S T U S ob-  
prædicationem veritatis multas pa-  
sus est à Iudeis persecutus , & tan-  
dem iniustè ab eis occisus . Ioannes  
similiter ob dictam veritatem , ab He-  
rode incarceratus est , & Herodiadis  
tandem opera è medio sublatus .  
**C H R I S T U S** fuit verus sol , Ioan-  
nes verò ardens & resplendens lu-  
cerna : **C H R I S T U S** erat filius Dei ;  
Ioannes verò erat eiusdem Dei ange-  
lus . Christus erat verbum , Ioannes  
autem vox verbi : Christus erat ma-  
gnus ille rex & Dominus , qui venit adi-  
turus possessionem mundi . Ioannes au-

tem sive eius praecursor missus ad parandam viam & locum ipso Domino. Christus erat sponsus cœlestis, cui deponenda fuit fidelium Ecclesia; at Iohannes sive amicus sponsi, immo parnymphus & mediator huius spiritualis Matrimonij. Fuit deniq; Iohannes tam rares & admirande sanctitatis, vt homines in eam opinionem venerint, ipsum esse Christum, hoc est, Messiam à Deo in lege promissum, sed humilem Iohannes, potius eligens solidè consternare in seipso, quā vanā opinione haminum effterri sapia se, aperte confessus est se non esse Christum. Qua habilitate meruit fieri & singulariter Christi amicus, & plus quam prophetata, & post sanctissimam Dei matrem inter omnes natos mulierum maximus.

3. CONSIDERA in hac naturitate Iohannis mysteriorum plena, quomodo natus sit è Patre muto. Zacharias enim, quoniam dubitaret de missione angeli, vsi lingua priuata est; deinde quomodo natus sit ex matre admodum vetula & sterili. Quidne rō aliud mutus Zacharias designari si vetus testamentum? & Iohannes, quod nomen significat Domini gratia, qui

pre-

præfigurat nisi neuum? Iunc ergo vertitur testamentum amissit vocem & obmutuit, quando veteri succedit nouum; cū enim inciperet se prodere gratia Euāgelij, prophetarum oracula cœserunt, antiquæ completae sunt figure, ac ceremoniæ omnes & sacrificia legis finem suam obtinuerunt. Tunc quoque synagoga verus in Elisabetha in illum visque horam sterili præfigurata, cœpit patre filios gratiae in Iohanne præsignatos. Atque ideo rectissime dixit Dominus, Legem & Prophetas in Iohanne completos, & ex illo tempore regnum cœlorum vim pati cœpisse. Quid igitur mirum Iohannem sua natiuitate non solum matris, sed vt dicit Angelus, etiam alijs multis, tantam at tulisse lastitiam? sicut Christus, qui est ipsa gratia, artulit quoque sua, non solum inūdum, sed etiam ipsum cœlum infinito complendo gaudio. Vnde meritò dici potuit Elisabetha, quod dixit prophetæ, dum gratularetur Synagogæ, quod à Christo facta esset fecunda, & noua, multoque felicior mater.

*Letare, inquiens, sterile, que non paris decanta laudem, qua non parturiebas, quoniam multifly deserta magis, quam eius, que habet virum.* Merito ergo &

M 5 ma-

*n* magna ex causa lætata est Elizabeth, & mneſq; alij congratulati ſunt ei de miſericordia ci à Domino präſtitā, non ſolū quia Dominus ab ea fuſtulerat ſterilitatis opprobrium, genueratq; filium; ſed quia genuerat Ioannem, illū, qui ſtellæ matutinæ iſtā verum ſolem antegressuſ, veteriſque legi noſti finem imponens ſuo ortu ſcelix diuinæ & claræ gratiæ luci principium erat daturus.

4. IN die oſtauо venerunt circumcidere puſorum. Fuit Ioanties circumciduſ, non quod opus haberet circumcidione (erat enim in ipſo matris utero à Spiritu ſancto circumciduſ, & in Chriſto ſpiritualiter baptizatus) ſed ad obſequentium legi, & ne populo yllum offendiculum präbereret quod fecit ex emplo Chriſti, cuius Spiritus illuc etat, antequam naſceretur, communicatur. Cognati eius cogitauſt illi imponere nomen Patri, Zachariæ; is enim moſerat in populo receptus, primogenitum (maximè quando erat vnigenitus) paterno appellare nomine. Veni mater ſe opponens, voluit eum vocari Ioannem, quod nomen ſolo ore angeli patefactum eius Patri, cùm à maſte, vt pote post apparitionē angeli me-

to, Elizabeth cognoscere non potuerunt, neceſſariò diuina reuelatione didicit. Nam quando ad aduentum virginis repleta Spiritu S. propheticè cognovit Domini präſentiam, ſimil etiam cognouit officium Präcurſoris à filio ſuo exercendum ac proinde & nomen quo erat appellandus. Cognati verò non contenti hoc nomine, nutu explorarunt voluntatem Patri, qui cum loqui non posset, ſcripſit dicens, *Ioannes eſt nomen eius*, quaſi dicere vellet. Hoc nomen non impone illi ego, ſed iam ante à Deo per angelum illi impoſitum eſt. Nomen verè nouum, nomē è coelo delapſum, nomen, quod quia designat gratiam Dei, non illi ſolū populo, ſed etiam toti mundo attulit lætum nuncium pacis & miſericordiæ. Tunc omnes flant admirati. Tunc nouo, & admirando miraculo aperta Zachariae lingua coepit laudare & benedicere Dominum, quia per fidem ſoluta eſt, que ante per incredulitatem fuerat ligata. Tunc veteris Teſtamenti os, vſq; ad illum (non ſecus quā lingua Moyles) ligatum & impeditum loqui coepit, & clare myſteria, noueque legi gratiam prädicare. Vide quanti meriti fuerit Ioannes,

quia redditus Patri voce, sacerdoti restituit loquendi facultatem, ac præterea illi adiunxit prophetæ gratiam. Adhac linguam, quā angelus vinxerat, dissoluit: & os, quod Gabriel concluserat, Ioannes infantulus aperuit. Quid vero vel dignius vel illustrius hac fide esse potest? quid gloriostius hac religione, in qua sterilis concipit, virgo partur, mutus loquitur, infantes adhuc maternis inclusi visceribus toti mundo annuntiant futura gaudia? Ac validè conueniens fuit illum, quo inter filios hominum nullus existimat maior, supra omnes sanctos in ipso sui ortu principio tot virtutibus & miraculis eminere, ut huius noui propterea aduentu omnes vicini populi his admirabilibus eventis excitati, præpararent se ad aduentum magni Regis, cuius Ioannes erat præcursor & nuncius.

5. Q V O D ad hoc sanctum & mysticum nomen Ioannis attinet, vide quā bene significet gratiam Dei, ac primo quidem ob diuinæ gratiae plenitudinem Ioanni communicatam, dum ad huc existenter in utero matris. Secundò, ad significandum tempus gratiae, quod à Ioanne exordium habuit, utrū-

status

status est Christus illis verbis: *A diebus Iohannes regnum cœlorum vim patitur.* *Lxx. b. xx.*

Tertio ob gratiæ ipsius excellentiam, quam Ioannes primus omnium erat prædicaturus & anauciaturus mundo, quæ erat peccatorum remissio, & diuina gratiæ communicatio humano generi facta. Vnde colligitur dignitas & præstantia Ioannis: nam etiam si omnia alia finem habuerint, & omnia prophetarum oracula concicerint, solum tamen hoc gratiosissimum nomen ab angelo nominatum: antequam conceptus esset, satis esset ad præbendum testimonium singulari gratiæ à Domino illi communicandæ. Ut certè dignum fuit, ut diuina gratia, quam pererat illa quæ fuit gratia plena, per eum qui gratia item plenus esset, prædicaretur: ac similiter congruens fuit, ut abundantia gratia ornatus esset ille, qui tanquam lumen distinguere debebat tempus gratiæ à tempore veteris legis. Et eum is primus invexit dixito demonstrare præsentem illum Salvatorem, quem lex & Prophetæ venturum promiserant. Felix es Ioannes, quia nomen tuum scriptum fuit in celo, & ore Angeli patescendum, antequam scriberetur in terra, & ore homini.

M 7

num.

num publicarerur. Felix, qui, antequam huius mundi degustares labores, meruisti recipere prius gratiam quam vitam extra maternum uterum: prius cernere lucem cœli, quam terræ. Vnde quomodo vñquam potuisset culpa & peccatum aditum inuenire ad te, cuius animam sanctam Deus inde à prima origine totam occuparat? Vere agnum domum est esse à Spiritu sancto illustratum, sed longe maius esse ab ipso Spiritu repletum. Quatenus et vas balsamo plenum non admittit alterius liquoris mixtionem; sic anima loannis (in qua plena regnava sanctificatio) locum habere non potuit villa faculi macula. Quid igit mirum, si præter legem, qua omnes in fantes nascuntur cum fletu, solus Ioannes cum gaudio suâ Nativitatem prouenerit; prius siquidem diuinæ copi possidere res, quam humanas; prius Deo viuere, quam sibi; & antequam cerneret præsentia, meruit prænuntiari futura.

6. ERGO diuulgatis per vicinalia omnibus admirabilibus quæ in Nativitate Ioannis acciderant, omnes stupore pleni inuicem dicebant. *Quipus puer iste eris?* qui vix naturam

fecit tanto stupore plenas? Vide quem admodum hic sanctus puer necrum loquatur, & tamē sola sua præsentia in mundo, omnes compleat admiratione. Non dum in deserto prædicat, nec Christum digito demostriat, & iam animos commouet & totius populi corda preparat ad recipiendum ipsum. Certè si Ioannes in tam tenera ætate, dat signa tantæ virtutis, & potentie, quid arbitramur eum facturum in ætate matura, quando asperrimæ ritæ exæplo, & predicatione, aures populi verberabit, his terribilibus verbis. *progenies vice-  
arum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura iræ?* facite ergo fructum dignum penitentia. Iam enim securis adradicem arborum posta est. Omnis ergo arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ac profecto nullo alio vel exemplo, vel spiritu & zelo opus fuit, quā Ioannis ad frangenda illa dura peccata, comprehendens tuuidos & superbos populi ludaci spiritus. Vnde optimè dixit Angelus (loquens de eo ad patrem Zachariam) illum præcessurum Dominum in spiritu & virtute Eliae, cui Ioannes & austerioritate ritæ, & loquendi libertate, & dimini honoris.

280 MEDITAT DE  
zelo, salutisque animarum fuit simili-  
mus. Iam verò vos simplices turbæ,  
quæ dum alter alterum percunctatur,  
declaratis vos magno desiderio teneri  
cognoscendi statum futurum huic  
pueri, primùm quærите à vetricibus p-  
phetis, & respondetib[us] Malachia, p-  
er cuius os loquens Deus dixit. *Ego*  
*ego mittó angelum meum, qui prepara-*  
*bis viam ante faciem meam.* Ioannes  
igitur Angelus Dei est, & primò quidem  
ob officij sui dignitatem, quod  
erat, esse Dei Legatum; nam si eorum  
cicum angelorum est res occultas reue-  
lare, sic Ioannis officium fuit nouæ  
gis mysteriis prædicare, quæ prius erant  
occulta. Officio quoque angeli fungi-  
batur Ioannes, quando peccatores ab-  
dusebat à malo, & hortabatur ad be-  
nnum, illi que eccelestè præmium & æ-  
na proponebat supplicia. Præterea Io-  
annes dicitur Angelus ob innocen-  
tiæ suæ virginalem, vitæque angé-  
lica puritatem, quam in deserto age-  
bat; qua de re & à Christo coram tur-  
bis laudatus est. Felix Ioannes: quia  
leme meruit habere suarum virtutum  
præconem. Vnde verè dici potest, ab  
maiorem Ioannis gloriam pertinuisse  
quod existens homo meruisset virtutem

Mal.3.

281 E. VIRGINÆ. 282  
sua vocari Angelus, quam si nomine  
& natura angelus fuisset. Secundo ro-  
gate ab ipso angelo Gabriele. *Quis pu-*  
*ter puer iste erit?* & respondetib[us]  
idipsum quod dixit Patri de eo, *Erit*  
*enim magnus coram Domino.* Multi  
superioribus facultatis vocati sunt ma-  
gni, vt Alexander, Pompeius, & alij,  
sed hi non coram Deo, sed hominibus  
tantum fuisse magni. Fuerunt deinde  
alij tempore Legis, vt Abraham, Moy-  
ses, David, alijque multi, ob excellentem  
sanctitatem & virtutem dicti magni,  
sed nullus eorum magnitudinem &  
excellentiam attigit Ioannis. Primò  
enim ille exstitit magnus in concep-  
tione, tum quia fuit miraculosus, vrpote à  
parentibus iam grata conseptus & sterili-  
bus, tum quia & conceptio, & nome,  
& vita eius qualitas cælitus, pre angelis  
fuit annunciatæ. Fuit quoque magnus  
post conceptionem, cò quod in utero  
materno fuerit sanctificatus, & Spiritu  
sancto repletus. Secundò magnus fuit  
obites admirabiles, quæ vi diximus, in  
eius nativitate euenerant. Tertiò fuit  
magnus in totius vita progressu,  
in continentia virginali, in abstinenzia,  
iustitia, fide, prædicatione, sapientia, ac  
deinde in fortitudine & constantia  
sua

sua pro veritate, usque ad mortem Christi fuit, & est magnus Ioannes, postquam ex hac vita excessit, ob remissionis & praemij celestis magnitudinem. nam praepter gloriosorum eius meritorum multitudinem, tribus sigillatim aureolis & excellentijs in celo resulget, quarum prima est virginitatis; secunda doctrinae & praedicationis, tercia illustris martyrij. Merito ergo Ioannes, non Iulianus fuit magnus, ut dixit Angelus sed etiam, teste Domino Angelorum inter omnes hominum filios non fuit maior illo.

7. Deinde vide, quomodo tenet loco etiam Zacharias Ioannis pater turbis percutantibus, *Quis putas puer iste erit?* responderit, illis verbis, quas prophetans ad ipsum puerum dixit, *Tu puer propheta aliissimi vocaris.* Alij quoque veteris Legis sancti appellabantur, prophetæ Dei, at Ioannes singulariter dictus est Propheta aliissimi: nam alijs procedente tempore à Spiritu sancto hoc donum obtinuerunt (vnde & nati sunt, ut postea prophetarent) sed Ioannes sua nativitas prædixit Christum, & ex viro natus cum salutauit. Alij propheta

E. VIRGINE. 283  
fuerunt à Spiritu sancto illustrati, sed Joannes fuit Spiritu sancto repletus. Fuit quoque Ioannes omnium Prophetarum terminus. Vnde sicut stella aurora, quòd soli vicinior est, appareat maior, & plus alijs fulgeret. Sic Ioannes quia postremus fuit & Christo iustitiae Soli vicinior, fuit maior, alijsque Prophetis illustrior. Imò, sicut illum bene appellauit Dominus, fuit non solum Propheta, sed etiam plusquam propheta. Nam Salvatorem, quem alij à longè prædixerunt, & cum desiderio summo eum videndi salutáreunt, Ioannes suis oculis contitus est, præsentem, in Jordane baptizauit, & digito monstrauit, dicens, *Ecce agnus Dei.* Iam vero bonæ turbæ, petite quoque ab ipso CHRISTO, *Quis putas puer iste erit?* quam opinionem habeat de illo: & ipse respondebit, illū nō solum plus esse quam Prophetam & quod in mundo non sit alius eo major: sed etiā suisse lucernam ardenter, & lucentem. Fuit Ioannes verè lucerna, quæ luce à Domino communicata, discussis veteris legis tenebris, ceperit cœcum populum illuminare, ut posset splendorem clarissimi Solis post ipsum orituri sustinere. Et

hac

hac est lucerna, de qua loquens Deus per Prophetam dixit. *Parvula lucernam Christum meo.* Tunc autem lucerna hac fuit accensa, quando adhuc matrem inclusa visceribus, ad æternæ lucis presentiam, tota fuit diuinæ charitatis incendio inflammatata. Tunc admissa veri luminis radijs supernæ gratia, quore fuit completa; sic protus, ut eius plenitudine, cuius & mater pariceps facta est, adhuc vtero clausa virginis in Spiritu cognovit verbi incarnationis mysterium. Valde autem congruebat, Ioannem, qui venerat ad testificandam, manifestandamque lucem de celo ad illuminandos homines de laplam, ipsum quoque esse lucem, laqueo Ioannes erat lucerna, quæ primi in se ipsa ardenti quadam charitate & zelo salutis humana flagrabit. Secundò lucebat alijs exhibendo Christum, hortandoque populum, vt eum tanquam Messiam, in lege promissum ciperent, eiusque fidem & doctrinam amplecterentur. Lucerna quoque fuit alijs, ob splendorum eximiarum virtutum: erat enim omnibus rarum quedam humilitatis exemplum, pudicitiae speculum, virginitatis ornatum, lumen sapientiae, forma inno-

centis, exemplar continentiae, regula paupertatis, viuacique & perfecta idea poenitentiae; contemptus mundi, & suis ipsius: Quam poenitentiam, sicut vocem prædicauit, alijsque persuasit, sic opere in se perfecte exprimit, quodam quidem à teneris annis deserta patria & parentibus, in horridum se abdidit, desertum, ubi aspero testu cilicio ex pilis camelorum textu, vilissimis loculis, melleaque syructui vitam tolerabat, contentus aqua pro potu, & nuda humo, pro lecto: iam si is qui tam copiosa gratia in vtero mattis fuit ditatus & sanctificatus, & in nativitate sua tot benevolentiarum diuinarum indicij, à Domino honoratus, factus est cultor eremij, tantaque severitate poenitentiae carnem suam costigauit, quis hominum recipietur, qui audat gloriariri vel de sanctitate, vel aliqua virtute singulare? O Ioannes inter omnes sanctos, sanctissime, mirari tuam sanctitatem possumus, imitari non possumus itaq; merito inter omnes hominum filios nullus te maior fuit qui fuisti mente & corpore Virgo, passio ne Martyr, prædicatione Doctor, reuelationum copia Propheta, conuersatione Sanctus, ac deniq; imitatione Angelus.

8. POSTREMO , petite & turbate ab ipso Ioanne ( sicut petierunt Pharisaei à Pontificibus & Sacerdotibus ad eum missi ) *Tu quis es?* & respondebit *Ego vox clamantis in deserto.* O profunda præcursoris humilitas . Prophetæ homines , angeli , ipse Deus , tor laudib illum ornant , & superalios extollunt , sic ut vocent , non hominem , sed Angelum Dei ; ipse vero ait se non esse nisi simplicem vocem , & sonum , quinque iam habet subsistentiam , sed in ærem euansescit . Hanc humilitatem non habuit primum Angelus Lucifer , qui volebat usurpare sibi gloriam dominicatis : nec habueré priuini nostri parentes , qui diuinæ sapientiæ similitudinem assumere voluerunt . Conn̄ humillimus Ioannes , cum oblatum effet & nomen , & dignitas Messiae , à que homines parati essent ad eum pro Messia recipiendum , constaterat rarer hunc honorem repudiauit , immo etiam humilius se abiecit , afferens , se non solum non esse C H R I S T U M sed nec dignum , quisead eius abigeret pedes , & corrigiam calcamentorum eius solueret . Vnde Dominus ( qui dixerat humiliarem se extandum ) voluit manui , quæ

reputabat indignam taetum ipsius perdim , diuinum suum caput submittere , ut ab eo baptizaretur . Verum quis erat iste clamans in deserto , cuius Ioannes erat Vox , nisi Christus ipse ? cuius diuino spiritu Ioannes erat plenus , & per eum loquebatur . Tunc ergo caput C H R I S T Y s per eius os clamare , quando nimis adhuc latebat in utero matris , & cum vox non posset , motu saltari & exultatione tonabatur manifestare presentiam salvatoris . Clamauit etiam Christus per Ioannem , quando natus vocem restituit Patri , & per os eius prophetauit , ac benedixit Dominum D E U M Israël , qui dignatus erat visitare & redimere plebem suam . Clamauit item C H R I S T Y s per Ioannem , quando in deserto prædicans , populum hortabatur ad penitentiā , & ad præparandā viā Domino post se vēturo . Tota quoq; Ioannis cōueratio in illo deserto , ab inēstū æcate viq; ad mortē , quid aliud fuit quā continuus Christi clamor exēplo Ioannis invitantis homines ad contempnum mudi , ad mortificandam carnem cum penitētiā immo & in morte ipsa . Ioannis clamauit Christus , exēplo fidelis sui serui docēs

mundum, vitam potius, quam veritatem & iustitiam deferendam. Christus ergo erat qui clamatbat. Christus erat aeternum Patris Verbum, & Ioannes erat vox, ac recte: nam sicut verbum ore expressum, manet infixum animis audientium, vox vero subito euanefecit: si Ioannes instar vocis defecit & praeteriit, sed verbum Dei semper crescit, & in eternum manet cordibus fidelium infixum. Ita enim ipse Ioannes loquens de Christo confessus est, dicens; *Illum aportes crescere, me autem minui.*

9. C O N S I D E R A denique quanquam gaudium & exultatio fuerit boni illius Zachariae patris Ioannis, cum videre in extrema sua senectate a Domino donatum filio tantæ sanctitatis & expectationis; quando vidi sibi ipsius Domini beneficium, ac filii merito vocem vixumque linguae restitutum: quando spiritu propheticō plenus, cognovit non solum puerum illum a Deo missum in eius præcursorē, sed ipsum Deum, salvatoremque mundi esse vicinum, in presentem, ut poterit Ioanne manifestarum & digno demonstratum. Quare nihil mirum cuncta exultatione circumuallatum;

Ieron. 3.

in diuinā seruipile laudes, & deuocitionisnum illud accinuisse Canticum, *Benedictus Dominus Deus Israhel, qui viae iustitiasit & fecit redemptionem plebis suæ.* Hic anima mea laetatur & nos: cum hoc sancto Propheta, & infinitis laudibus & benedictionibus Dominaū Deum veneremur, qui per viscera infericordie suæ dignatus est nos, longissime per peccata nostra ab initio disunctor, apparetendo in carne visitare, querere & iustificare Qui visitavit nos misericordis medici instar, ad curandum inueteratum: superbiam nostræ vulnus nono & admirabili suæ humilitatis exemplo. Adhuc fecit redemptionsen plebis suæ. Non eramus adhuc plebs eius, quando Dominus in mundū venit, imm̄ iniurici potius eius, & plebs diabolus: verum ipse redimendo nos sibi acquisivit, & ex inimicis amicos fecit, ac in suam plebē elegit. Nam cum venditi essemus sub peccato, & miseri servituti antiqui nostri hostis addicti, ille persoluto sanguinis sui pretio gratitudine nos liberavit, non enim, teste *1. Pet. 2.* eius Apostolo, redempti sumus corruptibili auro & argento, de vana nostra conuerstatione, sed preioso sanguine quasi agni immaculati, vt

N ex

290 MEDITAT DE  
ex manibus inimicorum nostrorum  
liberati, possimus illi seruire in sancti-  
tate & iustitia coram illo omnibus die-  
bus nostris. Ceterum in quo statue-  
rat mundus, & quo loco erant res no-  
stræ, quando hic ecclæsis medicus na-  
scens ex alto nos visitauit certè, vt be-  
ne dicit hic sanctus Propheta, & inuenit  
nos sedentes in tenebris, & vmbra mor-  
tis, hoc est diuturna peccati & ignoran-  
tiae cœcitate oppresos, & antiqui hoīi  
fraude multis erroribus obnoxios, qui  
ad æternam mortem nos pertrahebant.  
Vnde benignissimus Dominus nostra  
affterens, veram cognitionis sue lucem  
nostrorumque errorum tenebras dis-  
cutiens, veram ad patriam celestem  
viam patefecit, & actionum nostrorum  
gressus direxit, vt illam veritatis viam  
ingredieremur, quam ille common-  
stravit, ac tandem etiam perpetuæ pa-  
cis domicilium nobis promissum oc-  
cuparemus. Verum quid Domine dul-  
cissime te permouit, quid impulit, vt  
gloriosum illum & regium thronum  
tuum desereres, & in hanc vallem la-  
chrymarum, misericordiarumque plenam  
descenderes? nisi, sicut bene dixit hic  
Sanctus Propheta, viscera misericordia  
tuæ, illa intima charitas, illa amoris ple-

Lxx. 2.

B. VIRGINÆ. 291  
sa & verè paterna viscera, ille amor im-  
patiens, quo quodammodo declarata-  
bas, & Deum non esse, nisi miserum  
hominem participem faceres tuæ di-  
uinatatis. Hic autem effecit, vt descen-  
deres de celo ad nos visitandos. Hic fe-  
cit, vt ea: nem nostram assumeres, vt  
nobiscum conuersari posses. Hic fecit  
vt toiseras tantos labores, injurias, æ-  
rumnas; ac denique hic effecit vt pater-  
teris, & vitam exponeres pro nobis, vt  
nos possimus fieri hætodes regni cele-  
stis. Benedicamus ergo anima mea  
Dominum nostrum in omni tempo-  
re, cuius lades semper sunt in ore no-  
stro, continentem eum habeamus in  
corde & memoria nostra, & virtutes e-  
ius prelicemus, quoniā ex tantis te-  
nebris nos in admirabile & gloriosum  
lumen suum voravit. Eia quis dabit  
nisi Deus meus, quando veniet dies  
ille, vt ego quoque emergens ex his te-  
nebris & vmbra mortis, ac beneficio  
tuo tot mundi laqueis, & è manibus  
omnium inimicorum meorum libe-  
ratus, sine timore coram te semiam in  
sanctitate & iustitia perfici, omnibus  
diebus vita mea, imò in omnam æ-  
ternitatem?

m

N 2

COL-

## C O L L O Q V I V M .

**O**Dulcissime Iesu, ô lux vera in te  
nebris lucens, quæ de cœlo de-  
scendisti ad illuminandos omnes ho-  
mines, tuarumque abundantium be-  
nedictionum radijs dilectum, & fide-  
lem amicum tuum Ioannem preue-  
nisti, sic ut prius tibi natus sit, quam  
ventre prodierit; ante cognovisti te Dei  
fatum, quam ipse à mundo agnitus fu-  
erit: quem prætulisti omnibus reliqui  
veteris Testamenti sanctis, ut pre-  
deret ante faciem tuam velut nuncius  
precursor, & Angelus Dei. Sicutur  
tum, Domine clementissime, tua  
mensa bonitati placuit humilem Jo-  
annem ad tantam dignitatem eucha-  
re: ita rogo, ut pro infinita misericorde  
tua velis quoque animam meam ve-  
menter per peccata depressam & humi-  
latam erigere, ut in posterum secum  
exemplum, salutariaque consilia in  
precursoris, dirigam pedes meos  
viam salutis, simulq; per huius glori-  
fi sancti merita, mihi misero peccato  
concedere velis, ut sicut ille in prie-  
tuo aduentu præ nimio gudio ex-  
litt: sic etiam ego in secundo tuo

B V I R G I N E . 293  
nec u possum gaudere, & vna cum om-  
nibus angelis & sanctis in gloria tua  
exultare.

## D O C V M E N T A .

**I** DIXIT Angelus Ioannem mu-  
gnum futurum eram Dominus.  
Vnde discimus, veram magnitudinem  
non confidem in amplio domino, in op-  
ibus, rerumq; mulierum scientia, sed in  
virtutibus, q; in vita sanctitate, quem  
admodum liquebit in altera vita, quan-  
do cuique dabitur premium secundum  
merita, tunc enim iusti & amici Dei,  
qui in mundo habiti sunt pauperes, con-  
tempti, & abieci, exaltabuntur, & in  
ter frives cœli Senatores collocabun-  
tur. Qui vero in mundo habiti sunt ia-  
cobi horum magri, stabunt sub eo-  
rum pedibus, nisi deteriorerent aliquem lo-  
cus, conseqvantes.

**C**ognati Ioannis orgelabantur isto,  
sed patris potius nomine, vel ab eius  
aliter ex familia appellaretur. Verè  
Zacharias & Elzaberis ierofitterum in  
sua sententia, nec permisit ut aliud no-  
men ei impossi, quam ab Angelo erat  
patrofactum. Quare exemplum daturus  
est parentibus, ne putente honorificans

N 3 esse

*esse imponere filiis maiorum suorum ha-  
bita, qui sè pè fratre profani; & gentili  
potius quam Christiani, sed nomina  
Sanctorum & religiòrum, tum quia  
illa fuerunt hominum Deo gratorum,  
cum quo etiam nunc regnant in celo,  
tum quia seponeruero pueri ad sui nomi-  
nis Sanctorum afficiuntur, eiusq; virtutu  
libentius imitantur, & recipiunt in al-  
neatum.*

3. *Ioanni impositum est nomen, cum  
circuncideretur, ut intelligamus nullus  
us nomen in librum vita referendum,  
nisi prius corsuum, animiq; sensus ab  
mibus cupiditatibus carnalibus in-  
cundiderit, nisi omnibus desiderijs tra-  
luptatibus illicitis mundi & carnali-  
nunciarit: neq; enim in uno eodemque  
de diuersari possint Deus simul & ma-  
dus, delicia divina, et illecebra carnal.  
Vnde si homo elegerit unam, necesse  
vi repudiet alterum.*

4. *Hoc nomen Ioannis interpretata  
gratia Dei. Itaque si velimus nobis  
fratre simus in gratia Dei, quemq; ga-  
dus in gratia apud divinam eius mis-  
serem obtinere ines, diligenter exa-  
tiamus vitam nostram, eamq; cum q  
ta Ioannis comparemus, cum pura  
animis illius humilitate, penitenti*

*sebriestate, fervore, & zelo animis iuu-  
di Secundum progressum, quem in his  
virtutibus nos fecisse animaduertemus  
conuenienter vite loannic, poterimus  
quos coiçere, ad quem gracie gradum  
peruenierimus.*

5. *Etiam si mater Dei intrasset domi  
Zacharia patris loannis, ibi reman-  
sisset mensibus tribus, sic Christiq; pre-  
sentia domu illi tantas afferens gratias  
& benedictiones: non tamen ideo rex  
illi fuit restituta, sed mutus perman-  
si usq; ad filii circumcisioinem. Vnde  
discimus primo, panas temporales hu-  
iis seculi sepe trilios relinqui homini-  
eis, quam telli, nempe ab maiorem co-  
rum humilitatem & meritum. Secun-  
do, Dominum solitum relinquere eius-  
modi corporis & flagella pro peccatorum  
nostrorum satisfactione, nam ei si quan-  
do peccatores diuina reflituntur gra-  
tia, tollatur culpa, & consequenter  
pena aeterna: nihilominus remanet ob-  
ligatio aliquius pena temporalis, que  
similibus flagellis expiatitur, & tolli-  
tur.*

6. *Zacharias pef linguart diuino bene-  
ficio solitam mox primo quoque verbo  
erupit in laudes & benedictiones Dei,  
informantes, ut simulatque cognos-*

rimus, nos aliqua gratia spirituali, vel temporali à Domino donatos, ante omnia non ore tantum, sed etiam peribam reddamus gratias suāq[ue] diuinae. Maistri nos gratos exhibeamus, tum quia Deus ipse in se omni Lude & benedictione dignus est, tum vi gratiam acceptam conservemus, veletiam augemus.

7. Ioannes à puerō recepit se in desertum ad agendam penitentiam, ut intellegamus bonum esse portare iugum Domini à prima adolescentia, bonorumq[ue] operum studio se assuefacere, dum natura adhuc tenera est. nam velut arboria matura & iudicata petius frangitur, quāq[ue] flectitur; sic homo, si abiungente ante non se inflectit & inclinat ad bonū, cū ad matu[m] ita etem peruenierit, etiamq[ue] maximē velit, non poterit raken, usq[ue] cum summa difficultate prauam coniunctudinem vincere, & ad bonum se infletere, nisi Deus potenti manu sua ei succurrat.

8. Ioanni satis non fuit in solididine degere, sed in ea quoq[ue] sanctissimam uitam virtutibusq[ue] plenam traduxit. Unde colligere possumus, religiosos non debere gloriari, aut securos esse, hoc solomime, quod versentur in religione, aut

E. VIRGINĒ. 297  
multos annos in ea consumperint, nisi etiam iancile & religiose vixerint: immo nihil eis proderit, sed postius vehementer erit, si solo nominis religiosorum contenti sint, q[uod] vitam nominis non conformant, ut enim ingredi religionem est summum p[ro]ficio, ita non viveris in ea religiosè, summa dominatio est.

9. Ioannes ut secure proprie perfectio ni consequenda operam daret, & animati suam immunem à peccato seruaret, hominum conuersationem. & immunitum tululum fugit, docens nimis ex emplo suo, difficulter in mundo custodiri viru[m] innocentia, & sanctis item acquiri nam, ut dicit quidam Sanctus, sicut impossibile est arborēm in via publica posse censuare suos fructus usque ad maturitatem: sic quasi impossibile est, ut humero remansos in mundo, immunita maneant à peccatis. Et sicut in eodem periculo sunt illae arbores, que licet plantatae in horo comeliſe, foras tamen suos ramos porr[og]unt, sic ut preservantes, licet arborem attingere non possese, possent tam deiecare fructus, sic religiosi, qui existentes in eamobijs implicant senectute ſeu laboribus, in magno pericolo sunt, ne à diabolo bonorum op[er]um fructibus ſolentur.

io. Dixit Christus Iohannem esse lucernam ardenter & lucentem. Seruo Dei & Christiano, sat non est esse lucernam tantum, hoc est, ut habeat tantum fidem & nomen Christiani sine charitatis ardore, & bonorum operum luce nec satis est hanc lucernam tantum inspicere splendore operibus boris & pisi, sed neccesse est, ut inseguatur, habeat ardorem charitatis. Nam est tantum lucernam est summa damnatio, solum splendere alijs magna est vanitas, ardore sumum sibi exigui est pretij sed ardor simul & lucere summa perficie est.

## PROE.



Redemisti nos Domine in sanguine tuo. Apoc.

toique & tam varia huius Reginæ superlati regis sponsæ ornamenta. Hæc autem omnia vestimenta sunt aurea, vel inaurata. Nec aliud hoc aurum designat, quam charitatis perfectionem, sine qua nullum ornamentum pulchrum, nulla virtus alicuius pretij esse potest; reliquæ enim omnes, hac destituta, ut bene dicit ad Corinthios Apostolus, nihil sunt. Talia fuerunt ornamenta, & preciosæ in aures ac armillæ, dæz Rebecce, quando à magno Patriarcha Abraham accepta est in sponsam Iacob primogeniti filii sui. Sic in Salomonis regno non aliud erat videre, nisi purum & mundissimum aurum: neque enim cōuenit in domo Dei quicquid apparere vile & immundum. Unde rectè Ecclesia sancta dicitur vestita auro, quia tota sancta est, tota pulchra, tota munda, & immaculata. De qua dixi: Dominus, *Vna eſt columba Cant. 6.* mea, perfecta et inmaculata mea ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Videntur quidem veteres illi sapientes & Philosophi (sicut & haeretici) multa virtutum ornamenti similia cum Ecclesia Christi spofahabuisse. Sed magnum erat disserimen; licet enim videbatur aurea,

*1. Cor. 13.**Gen. 24.**2. Reg. 6.**Cant. 6.**Ephes. 6.*

502 DISCVRSVS DE  
non tamen erant quia quæcumque sa-  
pientia, quæcunq; iustitia, humilitas,  
patientia, castitas, vel alia quævis vir-  
tus, si non refulget auro veræ charita-  
tis, falsa, & nullius pretij est. Itaque  
meritò depingitur Ecclesia cum veste  
aurea, quia omnia eius vestimenta hac  
nobili diuinaque virtute contexta sunt  
& consuta. Quanquam verò semper  
suis induita sit ornamentis, non tamen  
idcirco omnia apparent, nam ali-  
quando demonstrat se ornata fide,  
aliquando spe, nunc charitate, nunca  
lia virtute, sub qua quodammodo o-  
mnes reliquæ delitescunt, ut videi ne-  
queant. Tunc ergo hæc magna Regi-  
na primò apparuit vestita & ornata  
quasi flammæ purpura, quando post  
ascensionem sponsi sui in cœlum des-  
cedens amabilis spiritus in ignitarum  
linguarum specie super Apostolos, ita  
inflammauit eorum pectora, ut omni  
humano timore depulso palam coe-  
perint diuinatem Christi prædicare,  
non in Iudea modò, sed etiam in om-  
nibus mundi partibus, & spargentes  
sua prædicatione diuinis flammis  
omnium mortalium fidè & amore in  
Christum redemptorem nostrum ac-  
cederint. Deinde comparuit hæc no-  
bi-

COMMUNI SS. 503  
bilis Regina vestita fide, quando San-  
cti a postoli, aliquæ fideles cæperunt  
conuicare miracul s, alijsque inusitatissi-  
signis, vt hac re huius ecclæsis sponsi  
præstantiam testificarentur, homines  
que ad amplectendam eius legem alli-  
cerent. Apparuit quoque ornata ipse &  
fæcia, quando eius filii cæperunt  
mentem à terrenis atollere ad cōem-  
plationem, & desiderium rerum cœ-  
lestium, dicentes cum A postolo, *Cupis*  
*desirari esse cum Christo & nunc cum*  
*Propheta. Sicuti anima mea ad Deum*  
*forsitan vivum, quando veniam & ap-*  
*parebo ante faciem Dei?* Postea vero  
apparuit Ecclesia vestita caritate, quan-  
do, ut legitur, multitudinis credentium *Acto. 4.*  
*erat cor unum, et anima una, nec quis*  
*quam eorum quæ possidebant ali-*  
*quid suum esse dicebat, sed erant illis*  
*omnia communia.* Apparuit item ve-  
stita fortitudine, quando fideles ar-  
dentes, diuini honori accensi z. lo-  
ta tanta libertate prædicabant Christi fi-  
dem, animoque intrepido, abiecto o-  
muni minatum, crucia uuum, ipsiusque  
mortis metu suis contradictorib. & ty-  
rannis responsabant: si ut responderent.  
Apostoli, *Sicutum est in confessu Dei Acto. 4.*  
*nos per nos nullire, quæ Deum, iudicato,*  
mss.

*non enim possumus, que vidimus & au-  
diuimus non loqui.* Tunc cæperunt ty-  
rannorum persecutions toriq; mun-  
do innocentis illustris martyrum fortitu-  
do & constâcia. Tunc nō modo homi-  
nes robusti, sed etiam teneræ virgini-  
lez, & pueri certatim cum magno gau-  
dio & promptitudine ad martyrium  
currebant, parati pro defensione verita-  
tis Christianæ profundere sanguinem  
& vitam. Deinde vestiuit se Ecclesia  
sancta, veste prudentiaz & sapientiaz eo  
tempore, quo in ea floruerent tot sancti  
Doctores & Pates, qui sua doctrina,  
prædicatione, diuinisque scriptis con-  
tra fraudes & corruptelas hereticorum  
Ecclesiam defenderunt, firmorem  
que & illustriorem reddiderunt. Appa-  
ruuit adhuc vestita temperantia, quādo  
tot eius filij contempto mundo cum  
eius vanitatibus, desiderio viræ perfe-  
ctæ cum innurseries Sanctis Monachis  
deserta, & tot religiosis congregatiensi-  
bus, Virginumq; choris claustra & ca-  
nobia complerunt. Huiusmodi ergo  
sunt ornamenta, & aureæ vester huius  
dilectæ Domini sponsæ, Ecclesie San-  
cte matris nostræ. Iā si ob tantâ varietate  
etiam venustatem virtutum, quæ in  
terra reperiuntur in hominibus san-

Etis

ctis & iustis, licet non sine imperfec-  
tione, apparet ita bella & admisibilis  
Ecclesia militans: quid erit videte in eç  
lo Ecclesiæ triumphalem, illâ dilectâ  
sponsam agnî, quando sine villa ma-  
culæ cur ruga illi sicebit, vt scribit in *Apoc. 9.*  
*Apocalypsi beatissimus Ioannes,* se  
totam obtegere & adorare candida &  
fulgenti byssis, quando intra innumer-  
abilium Angelorum, Sanctorumque  
splendores, in veste aurea consunt; ma-  
te perfectissimæ; charitatis, cum bel-  
la omnium virtutum varietate, sue-  
rumq; glorioforum filiorum meritis  
apparebit oriente aurora gratiosior, lu-  
na pulchrior, & sole ipso elegâtor. Hęc  
est illa ciuitas sancta, illa Hierusalē no-  
ua, quam idem Euangeli stavidit desce-  
dente de celo, manus Dei præpa-  
ratam, & sponso suo, celesti ornataam,  
in qua ipse Deus habet at cū omnibus  
suis fratribus, & ipsi cum ipso in æternū.  
Reiher nunc, vt postquam vidimus va-  
rietatem vestimenta & ornamentorum  
Matris, videamus quoque ornamenta  
& cultum filiorum, qui postaduentum  
ponsi fuji in terram, deinceps florue-  
unt, & usq; ad finem mudi in hac mi-  
stante Ecclesia florebunt.

IN COM-  
MVNE APO-  
STOLORVM.  
DISCVRSVS I.  
EVANGELIVM.

Mat. 9. 10. CVM dies factus esset, IESVS vo-  
Mat 3. 6. cauit ad se discipulos suos  
Lnc. 6. 9. quos voluit, & elegit duodecim ex  
 illis, & fecit ut essent duodecim cum illo, quos vocauit Aposto-  
 los, ut eos postea mitteret ad  
 prædicandum, ut Simonem quem  
 mutato nomine vocauit Petrum,  
 & Andream fratrem eius, & Iaco-  
 bum Zebedæi, & Ioannem fratrem  
 diœti Iacobi, Philippum & Bartho-  
 lomœum, Matthæum & Thomam,  
 Iacobum Alphæi, & Simonem  
 Cananum, Iudam Iacobi, & Iu-  
 dam Iscariotem, qui postea eum  
 tradidit. Et videns Iesu turbas,  
 misericordia motus super illas,  
 quia

COMMUNI SS. 307

quia erant afflictæ, & iacebant si-  
 cut oves non habentes pastorem,  
 dixit ad discipulos. Mellsis multa,  
 operari autem pauci, & conuo-  
 catis ad se duodecim, capiteos  
 mittere binos, & precepit illis. Ite  
 & prædictate, quia appropinquauit  
 regnum calorum, infirmos sanare,  
 mortuos resuscitate, leprosos cura-  
 date, dæmones ejicite, gratis date  
 quæ gratis accepistis. Nolite possi-  
 dere aurum vel argentum, nec pe-  
 cuniam, nec quicquam per viam  
 portate, non fæculum, nec virgam  
 nec panem, nec duas tunicas, quia  
 operarius est dignus cibo suo. Ecce  
 ego mitto vos tanquam oves in  
 medio luporum. Estote ergo pru-  
 dentes sicut serpentes, & simplices  
 sicut columbae.

Vos amici mei eritis, si feceris-  
 tis, quæ ego præcipio vobis. Iam Iohn. 13. 30  
 non dico vos seruos, quia seruos  
 nescit quid faciat dominus eius,  
 Vos autem dixi amicos, quia omnia  
 quecumque audiui à Patre meo nota-  
 feci vobis Non vos me elegistis, sed  
 ego

308 DISCVRSVS. DE  
ego elegi vos: & posui vos, vt eatis,  
& fructum afferatis, & fructus ve-  
ter maneat, vt quodcumque peti-  
eritis Patrem in nomine meo, de-  
tobis. Hæc mando vobis, vt dilig-  
atis inuicem. Si mundus vos odit,  
scitote quia me priorem vobiso-  
dio habuit. Si de mundo fuissetis:  
mundus quod suum erat diligenter;  
quia verò de mundo non estis, sed  
ego elegi vos de mundo, propterea  
odit vos mundus.

*Matt. 28.  
Mar. 16.*  
Denique Iesus, (post suam re-  
surrectionem) apparens discipu-  
lis suis, dixit illis. Data est mihi o-  
mnis potestas in caelo & in terra.  
Ite ergo in vniuersum orbem, &  
docete omnes gentes, & prædicate  
Euangelium omni creature, bapti-  
zantes illos in nomine Patris, &  
Filii, & Spiritus sancti, docen-  
tes eos seruare omnia que-  
cumque præcepi  
vobis.

FIGV.

COMMVNI SS. 309  
FIGV R AE.

1. **I**ACOB Patriarcha habuit Gen. 31.  
filios duodecim Patriarchas, Exod 1.  
quiæ descendit & originem tra-  
xit totus populus D.i.
2. **M**eyses elegit duodecim Prin Exod. 12.  
cipes in duces totius populi Isræbel, Num. 1 2.  
dum in itinere essent in terram pro-  
missionis: atque hi Principes quoque  
erant illi qui cum suis tentorijs  
stabant circum tabernaculum & ar-  
cam Domini.
3. **M**oyses misit duodecim explora- Num. 13.  
tores ad considerandum terram pro-  
missionis, qui nosterat occupaturus.
4. **S**alomon constituit duodecim 3. Reg. 4.  
prefectos populi Isræbel, quorum  
officium erat domini regiae procura-  
re cibum.

P R O P H E T I A.

1. **P**RO patribus tuis nati sunt tibi Psal. 44.  
filij, constitues eos Principes super  
omnem terram.
2. **I**n omnem terram exiuit sonus eorū, Psal. 18.  
& in fuisse orbe verba eorum.
3. **C**on-

## 310 DISCVRSVS. DE

- Berem.16.** 3. Constitui super vos speculatores, audi  
tite vocem tuba.
- Isa.62.** 4. Super muros tuos Hierusalem confi  
tui custodes toto die & tota nocte, in per  
petuum non tacebunt.
- Isa.12.** 5. Quam pulchri super montes pedes an  
nuntiatis, & predicanis pacem, annun  
cianis bona, predicanis salutem, dicentem  
Sionem, gnabit Deus tuus?
- Num.1.**
- Rom.10.**
- Isa.60.** 6. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, ut  
quasi columbae ad senectas suas?
- Ibid.** 7. Mittam ex eis qui salutem suerint ad  
gentes in mare, in Africam & Iydiem  
tenentes sagittam, in Italiam et Graciem,  
ad insulas longe & annunciant glo  
riam meam gentibus.

## CONSIDERATIONES.

- Punx.1.** SANCTISSIMVS rex & Pro  
pheta David, considerans excellē  
Domini opera, speciatim creationem,  
gubernationem, & admirabilem stu  
pendumque machinae mundi ordi  
nem, exclamauit in hæc verba, Qam  
magnificata sunt operata tua Domine; om  
nia in sapientia fecisti. Magnum pro  
fecto sapientiam Deus demonstrauit  
in creatione cæli & terra, illud tanta  
astrorum, signorumque cœlestium,  
hanc vero plantarum & animalium

vicio-

## COMMUNI 33. 33

varietate ornando. Deinde in creati  
one duorum clarissimum mundi  
oculorum, magnorumque luminari  
um, Solis & Lunæ, ut lumen præb  
erent omnibus terre partibus, ac dies,  
aliquæ anni tempora distinguerent.  
Sed si magna fuit sapientia hunc mun  
dum condere, non minor certe boni  
tas fuit illum gubernare; nam cum  
ipse solus solo voluntatis suæ nutu po  
tuerit illum gubernare, sicut potuit  
creare, voluit: nam creatus suis et  
iam ad honordum illas, hanc po  
testatem committere. Non satis fuit  
benignissimo Domino communicare  
illam suam, sed etiam vim & facul  
tatem dñe ut alijs comunicarent  
esse, vt cum aliquas earum voluit esse  
causa effectionis, à quibus aliarum  
perficit & administratio penderet;  
atque ita sibi ilores reddire tuo condi  
tor D.o. Quenad modum experien  
tiaste videmus ecclis, & particulatum  
planetis, significu: ecclilibus à Do  
mino communicatam vim influendi  
in hæc inferiora, fecundandi terram,  
efficiendiq: vt arbores omnes, cæteræ  
que plantæ temporibus statis opera  
hominis excultæ fructus suos produ  
cant. Iam vero non raius, sed magis

ad-

DISCURSUS DE  
admirabilem in sapientia & beatitate  
demonstravit se Deus in fabrica & gu-  
bernatione Ecclesie, mundi noui, cre-  
atum aliud Ecclesia est, quam mundus,  
non materialis sed spiritualis, non ter-  
renus sed celestissim quo mundo pari-  
ter cœlum est & terra, partes superiores  
& inferiores, hoc est, status & gradus,  
ali sublimiores, ali humiliores, alii  
perfectiores, minus perfecti alii. In  
hac terra quoque reperiuntur diversa  
animalia, alia munda, alia immunda,  
hoc est, boni & malii, iusti & peccatores.  
Sunt quoque in ea variae plantæ &  
arbores, aliae viles & frugiferæ, aliae sy-  
nicæ & infructiferæ, de quibus scrip-  
tum est, eas extingendas, & in ignem  
projiciendas. Ex alia parte, sicut Deus  
in hoc mundo materiali virtutur crea-  
turis superioribus, hoc est, corporibus ce-  
lestibus, pro gubernatione & perfec-  
tione inferiorum; sic mundus hic spiri-  
tuale Ecclesie ab eo ornatus est suis  
ecclisiis, stellisq; & signis ecclesiis, quo-  
rum opera, velut causarum secundarii,  
gubernat, promouet, & dirigit animas  
hædilium, ut producant fructum vita  
& salutem consequantur. Quid vero  
aliud suahæ stellæ, nisi illæ, de quib;  
loquens Apostolus dixit, *Quæstam*

*quidem posuit Deus in Ecclesia, primi Cor. 12.*  
Apostolos, secundo Prophetas, tertio De-  
stellos, deinde virtus es, exinde gratias  
curationum, opaculationes, gubernatio-  
nes, genera linguerum. Itaque Ecclesiæ  
prælati, predicatores & pastores popu-  
li fidelis, fuit huius cœli spirituales stel-  
la, in quo cœlo super omnes alios re-  
sidentes, duocilla maxima & lucidi-  
ssima & minima. Quodam primum est  
Christus Dominus noster, qui est cla-  
rissimus ille Sol iustitiae, illa veralux,  
qua illuminat omnes homines: lux  
qua non solam lucet in his partibus  
interioribus Ecclesie, sed omne etiam  
lumen & vim atque omnibus Ecclesiæ  
eiusdem stellis communicat, ita etiam  
radios suos usq; ad supernam Ec-  
clesie triumphantis Hierusalem porri-  
git, illuminatq; & inflamat cœlestes  
cues & angelicos spiritus, qui tanto de-  
siderio ardent coattendi gloriosam e-  
ius faciem. Deinde alterum luminare,  
quid aliud est præter Matrem illâ bea-  
tissimam, qua genuit ipsum solem, il-  
lam purissimam Virginem, quam, feri *Cant. 6.*  
ptum est, pulchram esse vi lunam, que  
ex abundantia lucis ab eodem sole com-  
municata, resplender in nocte huius  
seculi, velut refugium, mediatrix, &

914 DISCVRSVS DE  
aduocata omnium peccatorum. Post  
hæc autem nobilissima luminaria, in-  
ter omnia astra, inter̄ eos quos Do-  
minus gubernandæ Ecclesiæ sua pre-  
fecit, tuosque cooperatores in opere  
humana salutis esse voluit, primum  
locum teneat sancti Apostoli, qui du-  
decim signorum cœlestium instare,  
fulgent in Ecclesia, siveque doctrina,  
miraculorum, virorumque exemplo-  
rum influxu & luce, ex toto orbete ter-  
rarum uberrimum retulerunt fructus,  
fidemque Christi in toto mundo plan-  
tarunt & propagarunt. Hi quoq; sua  
duodecim illæ lucetes stellæ, quas san-  
ctus iste Euangeliſta, in speciem coro-  
næ impositas vidit capiti magnæ ma-  
lieris, quæ apporuit in celo amicta So-  
le & Luna sub pedibus eius: nam hæ  
mulier aliud non designabat, nisi ipsam  
Ecclesiæ sanctam, quæ in primis  
suis initijs mirabilibus horum duode-  
cim Patrum operibus, velut à duode-  
cim lucidissimis stellis fuit adornata &  
illustrata.

2. CIRCA hoc Apostolatus offi-  
cium in Dei Ecclesia tam eximum &  
singularare. Primo consideranda est be-  
tissimum Apostolorum electio. be-  
cundò huius numeri mystici significa-

COMMVNIS. 36  
tio. Tertiò, Apostolici officij dignitas.  
Quartò, ampla eius potestas. Quintò,  
fructus ex ea in mundo consecutus. Et  
primo circa vocationem & electionem  
horum glorioforum Sanctorum con-  
sidera, Filium Dei, ut fortè illumina-  
matum expugnaret, & è mundo exter-  
minaret, in quo tot iam sæculis regnâ-  
rat, simulq; viuensum genus huma-  
num dura sua feruitate liberaret, non  
è celo euocasse angelorum legiones,  
nec coegerit hominum exercitus, sed  
ex tot hominum milibus elegisse tan-  
tum duodecimi. Et cum in orbe terra-  
rum tot essent Reges, Principes, aliqui  
vir illustres, tanta quoque doctorum,  
sapientum, & eloquentium hominum  
turba, nullum tamen ex illis delegit e-  
terna sapientia, sed homines pauperes,  
scamulos & indotios, ut testatur Apo-  
stolus. *Vedete, inquit, fratres vocationem*  
*vestram, quia non multi sapientes secun-  
dum carnem, non multi potentes, non mul-  
ti nobiles sed que sunt multa sunt mundi elegit*  
*Deus, ut confundat sapientes, & insirma  
mundi elegit Deus ut confundat fortia,*  
*& ignobilia mundi. & contenptibilia*  
*elegit Deus, & ea quæ sunt, ut ea quæ sunt*  
*desfrueret. Erat nūdus similis magnæ*  
*statu, & in somnis vidit rex Nabucbo* Dan. 2.

316 DISCVR SVS DE  
donosor, cuius caput erat aurum, pe-  
ctus cum brachijs argenteum, venter  
cum femoribus ex aere, tibiae cum pe-  
ribus ferreae. Quibus metallis signi-  
ficabatur dignitas, opes & potentia mo-  
narchiarum & principatum, qui di-  
uersis temporibus existituri erant in mu-  
ndo. Deus vero deieceratus superbam illam  
statuam, non immisit in eam de  
calo aut sagittas, aut ignem; nec effecit  
ut in eam cadent montes, sed exiguum  
lapillum sine manibus hominum vo-  
luit ex monte abscondi, quo percussi pedes  
vt fuerint, tortus iste colossus con-  
cidit, & in puluerem redactus est. Ille  
autem lapillus panlatum augeiens cre-  
vit in montem ingentem, vt sua am-  
plitudine cōpleret totā terram. Quid  
vero aliud fuit hic exiguus lapis, nisi  
Christus de quo scriptū est. *Peter ad  
erat Christus.* q̄ natus sine opa hōminis  
ex monte virginali, tunc percussus &  
demolitus est hanc statuam, quando  
stultitia crucis, & ignominio morte  
pudescit mundi superbiam, humana  
sapientiam stultam reddidit, & regna  
diaboli destruxit. Tuncq; lapillus tam  
parvus & contemptus eruit, & totum  
mundum impleuit, quando hi dispu-  
li sui pauperes ab opibus terrenis, &

1. Cor. 10.

317 COMMUNI SS. . . . .  
diuites in fide, & cuius fabiūs virtutibus,  
profanas aras cultuūq; sacrificiū ido-  
lorum destruxerunt, & om̄ū mundum  
gloria & fide Christi imp̄erant. Tunc  
huius mundi Princeps fuit eius Christus fo-  
rás, & Christus manilis Princeps & Do-  
minus universi, Rex Regum, & Domi-  
nus dominantium. Secundum illud de  
eo prophetatum. Dominabitur à mari *Psal. 71.*  
vij ad mare, & à flumine usq; ad ter-  
minos orbis terrarum. Vbi vide, Deum  
non subiecisse sic legi populos autori-  
tare & potentia Princeps, sed prædi-  
citione paucorum, & simpliciū homi-  
num Imperatores, Monarchs, & Re-  
ges mundi obedientia fidei Christia-  
ne subdidisse. Similiter nec opera sa-  
pientum & magnorum oratorum vo-  
casse suos pauperes pescatores, sed con-  
tra opera idiotarum pescatorum con-  
uenit sic, & ad se retraxisse sapientes Phi-  
leliophores & oratores mundi. Sicut quo  
que in veteri Testamento Deut ad liā *Exod. 13.*  
grandam Regis Pharaonis superbiam  
nō immisit in eam leones, aut tigrides  
aut armatas copias, sed exiguae multas  
& ranunculas. Similiter ad edomandā  
tyranni Holofernis arrogantiā, nou-  
visus est nisi opera imbecillis sexus, nē-  
pe sc̄minæ Hebreæ. Ad delendum  
*Judith. 13.* item

O 2 item

## DISCURSUS DE

Iud. 7.

item potentem & innumerabilem Medianitarum exercitum, non nisi pars eorum hominum manus vobis est, quae in manibus loco armorum aliud nos habebant, nisi lagenas terreas, in quibus erat accessa lampas, & vnam tubam. Eodem modo ecclesis ille dux ad pudefaciendam superbiam huius mundi sapientiam misit homines contemptos, & instar agnorum mansuetos, ut contra ferocissimos lupos depugnarent ad eos conuentos, & e lupis in agnos transformandos. Erat vero sancti Apostoli, ut vasa fictilia, debiles, & contempti, sed pectora eorum ardenti salutis animarum zelo flagrabant. Erant enim tubae, quae non solum pertinebunt inferni potestates, sed etiam omnibus terribiibus partibus sub vnum caput in vnam Ecclesiam populum. De electum conuocarent & congregarentur. Hec gloria Christi est, & in huiusmodi electione personarum infinitam & admittibilem sapientiam suam demonstravit. Quod fecit, ut agnoscerent se ad Apostolicam dignitatem vocatos non merito sua vel sufficientia, sed ex misericordia & bonitate Domini. Quia ita voluit, cui ita placuit, quemadmodum & ipse dixit. *Non vos me elegistis,*

sed

Iere. 7.

Isa. 15.

*f* COMVNIS SS. 319  
ed ego elegi vas, ut nimis efficerentur humiliores, quando viderent in se nihil esse, vnde etiam sublimi officio & statu digni videri possint. Deinde speciatim Dominus elegit Apostolos pauperes, ut exuti omnibus curis & sollicitudinibus temporalibus, in predicione Euangelij essent propriiores, suorum exemplo melius alijs persuadere possent paupertatem Euangelicam. Elegit quoque simplices & ignorantes, ut fructus ab ijs colligendus non attribueretur magne, eorum sapientiae & prudenter, sed diuinæ tantum potentias atq; ita mundo innocenter, propagationem Euangelij non humanum, sed divinum opus fuisse. Deniq; elegit eos imperfectos & peccatores, ut quamiam futuri erant pastores universales totius mundi, ex propria fragilitate, quam in se experti essent, & ex misericordia quam à Deo recipiissent, discernerent, quantum deberent aliorum infinitatibus compati, quantumq; misericordiam erga alios exercere. Tales congruebat esse primos pastores & Doctores generis humani, pauperes, humiles & mansuetos, & tales etiam pro infinita sua misericordia Dominus nobis dedit.

O 4 3. CON-

3. CONSIDERA deinde nomen & numerum huius chori Apostolici nam vt scriptum est, elegit & voluit eum esse duodecim; & appellari Apostolos, quod nomine significat, missum, vel legatum, & recte. Hi enim fuerunt illi Legati, & felices nuncij ab ipso Dominino emissi ad annunciatum Euangelium nouum in vniuerso mundo. Voluit deinde esse duodecim, ob magnum mysterium hoc numero comprehensum, continet enim ter quaternarium numerum, & quater ternarium; quare aliud non significatur, quam Apostolos fore primos, qui in quatuor mundi partibus prædicaturi & perfecti essent sanctissimæ Trinitatis gloriam & fidem, mysterium in illam horam usque occultum, & a paucis cognitum. Secundò voluit esse duodecim ad complendas veteris legis figuram, qua sacer hic numerus varijs modis fuit usurpatus & celebratus. Neque enim aliud duodecim fontes a populo Israhel reperti in deserto Helim significabant, nisi aquas gratia Euangelicas, quibus hi duodecim fontes Apostoli irrigarunt omnes partes terræ. Similiter duodecim lapides pretiosi in Rationaliante summi veteris legis Sacra-  
dotti.

*Lue. 6.**Exod. 15.**Exod. 22.**Ex.*

21  
dotis pectus collicati, non alius defungabant, quam Apostolos duo decim, quos Christus iunxit Sacerdos & Pontifex noster ornamenti loco collocavit in sua sacra ueste, quæ est Ecclesia Catholica, in qua hi gloriose sancti virorum sanctitasque exemplo gemitum pretiosissimarum iuster reludent. Sed de duodecim panes propositionis, *Exod. 28.* qui continentur erant in templo in co-spectu Domini optimè præfigurabat hos duodecim Apostolos, qui tua doctrina & prædicatione quasi sacræ panibus omnes tristis populos pauerunt. Nec minus in duodecim lapidibus, ex quibus cōstructum erat Dei altare mystice præmonstrati sunt duodecim Apostoli, velut illi ex quibus tanquam viuis lapidibus Dominus suam Ecclesiam fabricauit. Congruentissime quoque possunt comparari duodecim bus gneis, sustentantibus magnum illud vas, dictum mare æneum, quod erat in templo, præfigurans baptismum: nam Apostoli primi fuerunt, qui hoc sacramentum in salutem populi fidelis administrarunt. Item duodecim leonibus in throno Regis Salomonis exsculptis, quia non solum suo immenso rugitu instar leonum famelicorum, cur-

*Deut. 24.**Deut. 27.**3. Reg. 18.**3. Reg. 7.**3. Reg. 10.*

322 DISCURSUS DE  
rentes ad prædam salutis animarum  
totum mundum complerunt, verum  
etiam magna vi & robore persecutori-  
bus omnibusque fidei hostibus se se op-  
posuerūt. Hi denique sunt duodecim  
illa pretiosa fundamenta nouæ & san-  
ctæ ciuitatis Hierusalem, quam tan-  
quam sponsum ornatam vidi sanctus  
Euangelista de coelo descendenterem.  
Nam hi gloriosi principes illi fuere qui  
solida sua doctrina, pretiosissimi meritis  
Ecclesiam Dei fundarunt & sustentau-  
runt: lapides vere pretiosi, quia preio-  
sa morte pro Christo tolerata tantam  
gloriam attulerunt Christo, & Eccle-  
siæ eius splendorem tantum: nec so-  
lum fuerunt lapides, sed altissimi mon-  
tes, & montes sancti supra quos (sicut  
scriptum est) posita sunt fundamenta  
Sion ciuitatis Dei. Et recte vocantur  
montes, quia sancti Apostoli quasi mon-  
tes primis solis iustitiae radijs illustrati  
funt, & coelestium donorum imbre  
perfusi. Eccliesiæ Apostoli, qui confessio-  
ne sua celestis patriæ fundat ut mo-  
nia, sanctis moribus erexerunt, exem-  
plis virtutum adornarunt, miraculis  
dilatarunt, & sanguine proprio dedicâ-  
runt.

4. I AM vero considera dignitatem  
&c.

Apoc. 21.

Psal. 86.

COMMUNI 323  
& excellētiā officiū Apostolici. Et pri-  
mō, quā magna & singularis gratia  
fuerit, eos ex omnibus totius mundi  
hominibus feligi, vt in terra familiariter  
conuersarētur cum Dominō totius  
orbis, affidere eius menſa, semper diuī-  
num illum vultum gratia plenum cō-  
templari, salutarem & cœlestem eius  
doctrinam continenter audire, eius ad  
miranda opera oculis vñspare, esse de-  
lectos noui Testamenti ministros, &  
diuinorum mysteriorum dispensato-  
res. ALIERA dignitas & prærogati-  
ua S. Apostolorum sunt, quod esse la-  
pides primi collocati, & immediate  
fundati, super lapide angulare Iesu  
Iesu supremo sancta Ecclesiæ funda-  
mento, vt loquitur Apostolus ad Ephes. Epheſ. 2  
fio. tam, inquit, nō es tu hospites & ad-  
iens, sed filii cœles tiorū & domesti-  
ci Dei, superedificati super fundamentū  
Apostolorū & Prophetarum ipso summo  
angulari lapide Christo Iesu. Vnde &  
merito sancti Apostoli vocantur Eccle-  
siæ columnæ, de quibus Deus per Pro-  
phetam dixit, Ego confirmavi columnas  
eius. Et quæ sunt hæ columnæ, nisi  
de quibus seorsa sui sponsi pulchritu-  
dinem describens, dixit. Crura eius co- CANT. 50  
humana marmera, fundata super bases

O \*

XXXV

324 DISCURSUS DE  
auram. Quod aurum significat chama-  
tem, supra quam erant fundati san-  
cti Apostoli, sicut Dominus eis com-  
mendauit dicens: *Hac mando vobis cur-  
dit gatis insicem.* Tertia prærogativa  
Apostolorum est, quod antelati sunt,  
dignioresque facti non solum omnibus  
vetris legis Patriarchis & Regi-  
bus, verum etiam prophetis, quid re-  
poris fata sanctitate & miraculis floue-  
runt. Multo enim maior & vberior gra-  
tia communicata fuit Apostolis quam  
Prophetis, maiusque diuinorum my-  
steriorum lumen, vt pote illis, qui di-  
giti æstimati erant, vt recipereat primi-  
tias Spiritus S. itaq; magnitudine cari-  
tatis, donorumq; celestium abundantia  
omnibus veteribus sanctis antecelluer-  
unt. Deinde Prophetæ amandati erat  
ad unum tantum populu, nempe He-  
breum; at sancti Apostoli nullis pre-  
finitis limitibus tanquam Doctores &  
Pastores vniuersales, missi sunt ad om-  
nes populos & nationes mundi. Pre-  
terea salutem, quam Prophetæ multo  
ante prænunciavant, & salutare illud  
tantoperè desideratum, quod illi a longe  
salutifabant, Apostoli proprijs oculis  
coram viderunt, auribus audierunt, &  
manibus contigerunt. Vnde & venis-  
quām

*Iean. 15.*

COMMUNI SS. 325  
quām prophete dicere potuerūt. *Quod I. Iean. 1.*  
*fuit ab initio q; audiri mus, quod vidim⁹.*  
*oculu nostri quod perspeximus, & ma-*  
*nus nostra contra et auerunt de verbo vi-*  
*te annunciamus vobis.* Denique Pro-  
phetæ tantum præpararunt materiam  
tribuicande nouæ Ecclesie, sed Apo-  
stoli opere comp'cunt, & initium fa-  
briæ dederunt, sicut & legimus Daui-  
dem regem omnem materiam pro-  
difici templi parasse, sed Salomonem  
iactis fundamentis totum adificium  
abfoluisse.  
3. POTES T quoque eminentia  
& dignitas Apostolorum colligi, ex va-  
rijs nominibus quibus in scriptura  
appellantur, & ex varijs rebus quibus  
præfigurantur. Ac primo quidem vo-  
cantur Principes, de quibus dixit Pro-  
pheta, *O statues eos Principes super om-  
nen terram: eo quod fuerint prima ca-*  
*pita & gubernatores Ecclesie, ac velut*  
*populi fideli duces in omnibus mun-  
di partibus.* Deinde vocantur & sunt  
populi Pastores & Doctores, quib. Do-  
minus imprimis paſcendi, instruendi  
que gregis sui curam conquisit, quos  
& ante Deus per prophetam premis-  
cat: *Dabo, iniquens, vobis Pastores in Hier. 3.*  
*xtra cor meum, & paſcent vos scientia-*  
*0 7 & deſtri-*

*Psalm. 28.*

& doctrina. Atque id Dominus ipse mandauit Apostolis, quando post resurrectionem apparenſis eis dixit, *Eamus docentes omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & filii & Spiritus sancti, docentes servare omnia, que praecepimus vobis.* Sunt quoque Apostoli vocati

*Psalm. 46.*

*Dix iuxta illud psalmi. Dix fortis terra vehementer elevata sunt, idque ob miraculorum, aliorumque operum admirandorum excellentiam quae Dominus per illos parauit. Quia de causa & Moy*

*Zechar. 14.*

*Deus Pharaonis nominatus est. Omnibus autem honoris titulis & elegiis eminuit, quod ab ipso filio Dei vocati sint amici nam Apostolis seu fidelissimi amicis omnia Patris sui arcana patefecit, diauorumque mysteriorum participes reddidit, dices ad illos: *Iam non dicam vos seruos, quia seruos nescit quid facias Dominus tuus, sed dixi amicos, quia omnia que curi, audiri à Patre meo nota feci vobis.* Imo post gloriosam resurrectionem suam, cum mandaret Maria, ut Petro exterisque*

*Ioan. 20.*

Apostolis bonum hunc nuncium afficeret, appellauit eos fratres. Quae vero major excoiquari potest in terra dignitas quam hominem mortalem fieri amicum intimum & secre-

tarium, non regis alicuius aut Imperatoris terreni, sed ipsius Dei, Regis & Domini celi & terrae? Adhuc extreb. quibus Apostoli sunt assimilati, colligi potest singularis eorum dignitas, & primo sunt assimilati cœlis, de quibus Propheta, *Cœli enarrant gloriam Dei.* *Psalm. 18.* Verè cœli, in quibus Christus habitat, quorum verbis tonat, miraculique & alijs signis admirabilibus fulgurat. Imò in eū modū per corū os intonuit, *Isa. 6.* vi eorum sonitu tremefecerit totam terram. Deinde comparantur nubibus volantibus, cum ob celeritatem qua percurretur totum mundum, cum quia instar secundarum nubiū doctri næ suæ imbre totum mundum irrigantur. Tertiò assimilantur palmitibus viris ob magnam coniunctionem, quæ habuerunt, cum vera vite CHRI-  
STI O Domino nostro, sicut ipse dixit illis. *Ego sum vitis, & vos palmires.* *Ecclies palmires,* qui virtute celestis vitis à qua placent estis, artulisti munido vinum novum gratiae Euangelice quod hætitificat corda, & animas diuino amore inebriat. Quartò sunt compara agnisi, sicut Dominus ad illos dixit *Ego mitto vos, sicut agnos inter lapsos.* *Luc. 15.* Agni fuerunt ob innocentiam, humili-

lita-

328 DISCURSUS DE  
litatem & mansuetudinem, atque etiam  
ob utilitatem, quam sua doctrina de ex-  
emplu attulerunt mundo. Quinto fue-  
runt a Domino vocati lux mundi: illi  
enim sunt lucernæ illæ ardentes impo-  
sitræ Ecclesiæ candelabro ad præbendam  
Iscem omnibus domum Dei incole-  
tibus. Atq; etiam fuerunt illi, qui do-  
ctrinæ suæ luce infidelitatis & ignoran-  
tiæ tenebras è mundo exterminarunt.  
Sunt item appellati sal terræ quia sapientiæ  
eorum salē cōditus est insipidus  
hominum terrenorum gustatus, ut in-  
eiperent degustare saporem & suauita-  
tem rerum cœlestium. Deinde sicut  
sal à putrefactione præseruat carnes, &  
vulnera consolidat, sic hoc sal apostoli-  
cum valuit ad sananda vulnera no-  
stra, seruandaque animas à corruptio-  
ne peccati.

*Matth. 5.*

6. CONSIDERA deinceps ma-  
gnam & multiplicem offici; Apo-  
stoli potestatem. Quartum prima& sepi-  
cepis est, quando Christus in extrema  
coena ordinavit eos in sacerdotes, in-  
effabilemque illam super Angelos po-  
testatem dedit consecrandi & effere-  
ndi in sacrificium verum, sanctissimum  
corpus suum & sanguinem in remissi-  
onem peccatorum nostrorum. Pra-  
ter-

COMMUNI 35. 329

terea post resurrectionem suam dedit  
illis etiam potestatem in corpus suum  
mysticum, nempe absoluendi homi-  
nes à peccatis, tradens eis claves cœli, ut  
illud pro arbitrio suo laudere & aperi-  
re possint. Vtè potestas admiranda &  
diuina, qua illis concessum est homi-  
nes reconciliare cum Deo, gratiam Spi-  
ritus sancti conferre, reddereque ani-  
mas maculatas peccatorum immundas,  
puriores lucidoresque stellis, ac deniq;  
que peccatoribus patefacere cœli por-  
tas, & q;ue facere angelorum, aliorum  
que ipsius cœli ciuium consortes. Vide  
quanta fuerit bonitas & clementia  
Christi D. N. largiri hominibus in ter-  
ra degentibus claves cœli: quanta rur-  
sum eiusdem benignitas, nam cum  
proprium sit filius Dei dimittere pec-  
cata, nihil aliud fuit communicare  
hanc potestatem Apostolis, quam fa-  
cere eos tantum non Deos in terra. Al-  
tera potestas quam Dominus illis at-  
tribuit fuit illa iurisdictio & auctoritas  
Ecclesiæ, quam suo sanguine acqui-  
sierat, regendi & gubernandi. Hec  
hac potestas, sicut & præcedens, fuerit  
principaliter cœssa S. Petro, tanquam  
capiti & Principi Apostolorū totiusq;  
Ecclesiæ: illi enim particulatum Do-  
minus

minus suas oves commendauit, quod ei dixit. *Pasce oves meas. Et dabo tibi claves regni celorum.* Quam potestem non recepit ille pro te solo, sed et pro omniis suis successoribus ad populi fidelis salutem. Tertia potestas Apostolica fuit, prædicare & docere novam legem gratiæ omnes gentes, scribendo eam non in tabulis lapideis, (sic ut scripta fuit lex timoris data à Deo per Moysen) sed in tabulis cordis carnalibus, tanquam legem amoris. Quam potestem illis dedit Dominus, quando ad prædictârum dimissis, dixit, *Ite, docete omnes gentes.* Quarta potestas Apostolorum fuit, posse scribere & edere Scripturas Canonicas, tum quia Spiritus sanctus per eorum ora loquebatur, tum quia summus legislator Christus instituit & informati fuerunt de omnibus sancte fidei mysticis. Quinta & ultima potestas eis à Domino collata, fuit virtus miraculorum. Conquerientissimum enim erat, ut quid doctrinam tam sublimem & inauditam diuulgabant, cum veritatem admirandis operibus confirmarent, ut exitando mortuos, illuminando cœcos, surdis audiendum resuendo, dæmones expellendo, & omni genere morborum homines like-

rando. In summa, habuere Apostoli potestatem supra naturam, ad eam curandam, supra elementa, ad mutanda supra dæmones, ad eos ejiciendos, super animas humanas, ad liberandas eas à peccatis, & denique supra mortem, in alijs, ut eam fugent, in seipisis, ut contemnant: nam eadem confititia qua disseminarunt & defunderunt fidem, eadem etiam tandem sanguinem & propriam vitam profuderunt.

7. CONSIDERA deinde fructum a gloriis his sanctis mundo allatum, verbis illis à Christo indicatum.

*Iohn. x.*

*Ego elegi vos, ut eatis, & fructum afferratis, & fructus vester maneat.* Verè autem Magnus & admirandus fuit fructus ab his duodecim factus, tum quod Evangelio Christi totum orbem terrarum complerent, tum quod tantas, tāq; grates difficultates & impedimenta superarāint, quæ opera dæmonis, ministrorumque eius in omnibus mundi partibus te obiecabant. Fallorum Deorum cultum exciderunt, mēdacia oraculorū ora clauserunt, radices peccatorū euulserūt, igneq; diuino, quo ipsi ardebat, totam huius mundi sylvam accederūt, seruoreque spiritus, lumine

332 DISCURSUS DE  
& splendorie veritatis complerunt. Quo-  
re quicquid hodie boni cernitur in ec-  
clesia Dei, id omni laboribus orna-  
nibusque horum gloriosorum Apo-  
stolorum acceptum ferri debet, salutis  
omnis, quam inde ab illis temporibus  
expercut est humananum genus, et  
rum beneficio procurata est. His fuit  
quatuor illi fontes, per quos aqua ga-  
tie doctrinæque Euangelicæ ex par-  
diso illo terreni derivata est, in quo ec-  
clesia Christus Iesus Dominus noster  
qui invigilat per partes mundi. Ab hi  
gloriosis principiis & Dei amicis p-  
manauit constantia Martyrum, iustitia  
Confessorum, prudentia & zelus Do-  
ctorum, Sacerdotum sanctitas, Virtus  
monastica, rigor, & Virginum puritas.  
Vnde merito nactus Propheta, velut  
admirans copiosum fructum, quem  
noui operari erant Ecclesiae impetu-  
turi dixit. *Nimis honorati sunt am-  
ici Dei, nimis confortantes est pri-  
paratus eorum.* Et quid aliud suis pueris  
exigui Apostolo: um chori prædicatio  
nisi granum sinapis, quod Dominus  
dixit esse quidem omnium minimum, si  
in terram proiectum, in tantâ puluis  
magnitudinem, ut non soluta aliis  
peret plantas, sed etiam in solidam

*Gra. 2.*

*Psal. 138.*

*Matth. 13:*

COMMUNI SS. 333

borem excrescat, in cuius ramis aues  
coeli colligantur, & habitationem ca-  
piant. Putillus certè gressus, ut illis Domini  
nus dicebat, fuerit s. A postolo, sed tanta  
fuit via spiritus in animis eorum, qui  
per nos se prodebat, ut exiguum fideli se  
men, quod in cordibus hominum illi  
plantarunt eisque creverit, ut celsissi-  
mæ, amplissimeque arboris inflar, ut  
*Psal. 79.*  
dixit Propria, implerit totam terram,  
vmbraq; sua contexerit montes, & ra-  
mos suos à mari ad mare extenderit.  
Sic profutus, ut nunc in toto vniuerso  
in ramis, sub vmbra huius felicis arbo-  
ris nèce doctrinæ Euangelicæ & A post.  
oës fidelium animæ vberima pascua,  
summatu pacæ, & securanu quietem ia-  
ueniant. Si ergo hi gloriosi Apostoli,  
dum adhuc essent in terris, non sua sed  
Christi virtute tam fuerunt potentes,  
quid non poserunt modò, cum viuunt  
cum Christo ipso in æterna felicitate?  
Et si dum essent in vita mortali vide-  
bantur habere vitæ & mortis imperii,  
quia uno eorum verbo & vini morie-  
bantur, & mortui ad vitam excitabantur:  
quantam ergo cogitandū est nunc  
eorum esse potentiam, cum ad tantam  
gloriam euecti sunt in celo? Quare me-  
rito gaudet & exultat Ecclesia sancta,  
quod

*A. 5.*

334 DISCURSUS DE  
quod beneficio sponsi sui Christi mes-  
ruerit opera & studio tam potenter  
principum defendi & custodiri, a ca-  
libus Doctoribus erudit, & clarissimo-  
rum horum luminum splendore illu-  
strari. Ita plane, ut inter omnium enor-  
rum tenebras & hominum perverso-  
rum flagitia amplius halucinari non  
possit; sed nec tempestates vilas mun-  
di, nec hostium insultus, nec impuga-  
torum fraudes, ac denique nec ipsa in-  
ferorum portas peitimescere debeat  
quæ portæ. (vti promisit Dominus)  
*Matth. 16.* nunquam contra eam suorū præau-  
turae.

s. CONSIDERA, quod sitam  
sublimis & excellens sit Apostolici mu-  
neris status, tamque eximius fructus  
ex eo in toto orbe consecutus, quam  
magnum & copiosum suorum labo-  
rum præmium a Domino in celo ob-  
tinuerint. Multa certè præmia Christi  
D.N. Apostolis suis partim dedit, par-  
tim promisit: speciatim quatuor; duo  
in hac vita, & duo in altera. Primum  
eorum quæ in hac vita dedit, sicut Pax  
conscientie, & cordis gaudium; pax, in-  
quam, quæ exuperat omnem sensum,  
quam Dominus ex hoc mundo ad Pa-  
tē migaturus sis reliquit dicēs: *Pax*

*meam*

COMMUNI 335  
*mađ do vobis, pacē meā relinquo vobis. Iohann. 14.*  
Similiter de gaudio locutus est idem  
Dominus, quādo discipulos obdilectos  
sum suum nescitos, his verbis solatus  
est Iterū videbo vos. Et gaudebit cor ue*Ioann. 14.*  
strum. Et gaudiū vestrum nemo tollet à  
vobis. Hac pax & hoc gaudiū est illud  
cētoplū, quod Dominus in hac vita la-  
gitur iis, qui propter ip'um renunciant  
seculo, & omnib. pompis eius, ingre-  
diunturq; viā crucis. Quia de re loque-  
batur, cum dixit ad Apostolos. *Nempe Mar. 14.*  
est qui relinquit donū, aut fratres, aut  
fratres, aut patrē, aut matrē, aut filios,  
aut agros, ppter me, q. nō accipiet centies  
tantū, ut in tempore h. c. ē. in seculū fa-  
turo vitā eternā. Etenim pax & ola-  
tio sequentū Christū rāta est, vi homi-  
nē inducat in contēplū omniā regū  
creaturum, longissimeq; superet omne  
pacē & confidētione, que haberi in hac  
vita possit. Secundum præmiū eorum  
in hac vita, sc̄ere persecutions, carce-  
res, flagella, & illa crucis, & denique  
mois ḡlorioso p̄ Christo tolerata. Hoc  
est præmium, quod Dominus solet da-  
re iis in hoc mundo, quos p̄ eo suis ami-  
cis habet, & ardētus ait: nam nulla  
re homines magis conformari, similio-  
resq; ied. di Christo possunt, quā si pro-

*Chri-*

Christo ipso patientur, pro illo exper-  
tant vitam suam, qui suam expolat  
pro nostra. Hoc est præmium illud,  
quod nomine calicis Dominus promi-  
fit in persona Iacob & Iohannis omni-  
bus suis discipulis, quando illis dixit;  
**Matt. 20.** *Calicem quidem meum biberis. Calix  
hominibus mundanis & carnalibus  
amarus & ingratus, at servis Christi  
admodum suavis & gratus. Nec scies  
esse potest, quia calix est Christi, qui est  
fons omnis suavitatis: & est talis, & quo  
Christus bibens oīnem inde diuinis  
labris suis amaritudinem ad se attraxit,  
pro nobis autem omnem suam dulce-  
cinem in illum depositum: sic ut non so-  
lum homines ætare grandis, sed pueri  
quoque, & tenuilæ virgines magno  
desiderio ad hunc calicem degulsa-  
dum currant. Quare nec mirum est  
Apostolos ( vti scriptum est ) iusti  
gaudentes à consuetu concilijs quoniam  
digni habitant pro nomine Iesu con-  
suelatum pati. Similiter Apostol scribit  
ad Philippienses eos hortabatur, vt nos  
modogauderent, sed etiam gloriaren-  
tur in suis persecutionibus, dicens: *Quia  
vobis donatum est pro Christo, non si-  
lum ut in eum credatis, sed etiam ut pa-  
ille patiamini. Præmium vero ma-**

*gnum, præmium pretiosum & opta-  
bile. Sicur enim Christus Dominus no-  
stres nihil ardenter amauit, maiori que  
desiderio quæsiuit & expectauit, quam  
mortem crucis, ita magno & singulari  
beneficio afflere dicitur, euos amat,  
quando eos sine crucis participes red-  
dit.*

9. **DEINDE** vita præmia iam di-  
sta à Domino in hac vita Apostolis da-  
ta, considera quām ingens eorum re-  
muneratio & merces fuerit in altera  
vita, eaq; duplex. Prior à Domino ex-  
presi est, quando Petrus percutientia  
rus ab eo est, ecquid præmii relinque-  
retur ipsi, qui omnia reliquissent, ipsum  
quæ secuti essent. Respondit enim his  
verbis, *Amen dico vobis, quod vos qui* **Matt. 19.**  
*secuti estis me, in regeneratione cum se-  
derit filius hominis in sede Maiestatis  
sue, erubitis & vos super sedes duodecim  
iudicantes duodecim tribus Irael. Gran-  
dis vere dignitas in amplissimo hono-  
ratiſſimoque illo cœilio, velut primos  
Senatores & Principes summi & uni-  
uerſalis Iudicis coeli & terra in totius  
mundi confectu sedere. De his locu-  
tus est Propheta, cum dixit, *Dominus* **Ez. 9.**  
*ad iudicandum veniet cum Senibus po-  
puli sui, & principibus eius. Quid autē**

P aliud

338 DISCVRSVS DE  
aliud designant istae sedes, in quibus  
Dominus sit illos secum conseruatores,  
nisi ingentem securitatem, præstinen-  
tiam & dignitatem, quam illi prae aliis  
velut ipsis Iudicis amici & domelli-  
ci conseruatur sunt? O felix pauperes  
eorum qui omnia reliquerunt ad ie-  
quendum Christum, qui in horribili  
ilio elementorum fragore, in tremen-  
do illo meritorum nostrorum exami-  
ne, & tam ancipi*t* iudicio reddet omni-  
nino securos, imò in securissimi iudi-  
cis præsentia glorioſos, quippe coram  
quo, non tanquam eius amici & feli-  
ciores comparebunt. O admirabilis mutatio  
dexteræ excelsi. Qui, dura aspergente  
ra degerer erant fex & peripsema mæ-  
di, pauperes, angustiati, afflicti, & con-  
tempti instar ouium ad mortem de-  
ſinatarum, illo die ad tantam eueni-  
tur gloriæ, vt dicantur iudices mun-  
di. Iudices non hominum ſolum, ſed  
vt dicit Apostolus, etiam Angeli eti-  
aque hoc erit præmium iolis Apollo-  
lis ſuper alios omnes à Dominio con-  
cedendum. nam admodum congre-  
terat, eos qui tam fideles fuerant loci  
Saluatoris in suis perfecutionibus, re-  
tationibus, & laboribus vique ad cru-  
cem, ſocios quoque eius fieri in exalt-

339  
COMMUNI SS.  
tione & gloria, quando veniet cū Ma-  
ieſtate ad iudicandum & vindicandum  
eos omnes, qui ipſum negarint & per-  
feciſtū furent. Alterum præmium ab  
eodem Domino Apoſtolis promiſ-  
ſus fuit, quando post extreſmam cœ-  
nam ad mortem iturus dixit, *Vos eſtis, Lyc. 22.*  
*qui permanefſisſisſtis mecum in temptationibus*  
*meis & ego diſpono vobis, ſicut diſposuit*  
*nihil Pater meus regnum, ut edaris &*  
*bibaris ſuper menſam meam in regno*  
*meo. O inestimabile præmium, tam*  
*exigui & breui teruitij Christo ab A-*  
*pôlo ſoli preſtitit, fieri vna cum illo am-  
plissimi regni cohaerēdes, aſſidere cum*  
*angeliſ in kar filiorum illius menſe,*  
*manū in eandē lācē cū filie Dei mitte-*  
*re, & Deū ipſum in cibū ſumere. O bea-  
ta compenſatio, quia pro pane doloris, &*  
*amoris calce lacrymarū, quem Apo-*  
*ſtoli ſumperunt in hoc ſeculo cū Chri-*  
*ſto, iam in celeſti æterni qui conuicio*  
*huiuſimo illo pane virginitatiteranter,*  
*& immensuſ in eius delitiarum & vo-*  
*laparum torrente inebriantur.*  
10. CONS DERA denique, licet pro-  
missio hæc, de adeunda poſſeffione re-  
gni ſui, & ſeffione ad menſam in celo  
a Chirillo Apoſtolis facta, ſit præmi-  
um omnibus electis commune, om-

nec enim sunt filii Dei, & haeredes eius  
Regni, ac Christi cohaeredes; omnes  
quoque sunt cœlestis coniuuij participi-  
pes, tamen quia, veloquitor Apostolus  
agens de beatoru gloria, *Stellæ dif-  
fert a bellis in claritatib.* Apostoli sancti  
ad gradum regni illius felicissimi sin-  
gularem, longeç; alijs excelsorem pro-  
uehentur & corona magis glorioſa cor-  
onabuntur. Nam sicut in Ecclesia mi-  
litante, uti ciui lapides, primum tenu-  
ere locū, vt idem testatur Apostolus,

*r. Cor. 12.*

*Pesuit, inquiens, Deus in Ecclesiæ, pri-  
mum Apostolos, &c., ita etiam in triu-  
phate clarius, vel ut splendidiores stelle  
reducant, & mensæ regis cœlestis ac-  
cumbent tanquam primi cœlestis au-  
le. Principes, & filii eius primogeniti  
nec dilecti. O felicissimi! Apostoli, iam  
finis est laborum vestrorum, iam tri-  
bulatum vestrum hyems transiit  
& persecutionum æstus, iam cuperunt  
flores apparere; quia iam nunc cum  
Christo regnatis, iam mensæ eius accu-  
bitis, in qua plenè abundanter famen  
& sitim expletis. Quod, si dum adhuc  
essetis in hoc mundo Dominus oeu-  
los vestros appellauit beatos, quod ei  
conspicerent, quem tot Reges & Pro-  
phetæ desiderabant videre, quanto be-*

*Matt. 13.*

COMVN I SS. 341  
ties nunc eftis in cœlo, vbi videtis, & *Eſie 64.*  
auditis, quia nullus oculus vidit, nec *1. Cor. 2.*  
autis audiuit, nec nullus intellectus hu-  
manus vel angelicus comprehendere  
potuit, sed solus Dominus pro iis qui  
ex corde Deū diligunt colantq;. Qua-  
re nunc B. Apostoli, potiori iure quam  
olim potestis cum B. Petro exclamare,  
*Bonum eft nos hic eſe, quia nō iam am.* *March. 15.*  
plus eernitis in terra vultum Magistrum  
vestri mortalem transfiguratū sed da-  
rē videtis in cœlo vultum gloriosum  
euidem Domini iam immortalem.  
Videtis non in monte Tabor, sed vlo *Psal. 23.*  
quitur Propheta, in monte sancto S. O.  
illum magnum Deum omnium De-  
orum.

## C O L L O Q V I V M.

Q V A M magna est, dulcissime De-  
xine tuæ charitatis & misericor-  
dæ abundantia, quod satis non fuerit  
tibi humano generi dedisse inexplica-  
bile illud donum, nempe te ipsum in  
Saluatorem & Magistrum nostrum,  
sed etiam Ecclesiæ tuæ pro gubernatione  
& instructione prospicere volue-  
ris Sanctos Apostolos, ve illi effent qua-  
si lux mundi, & sal terræ. Optimè co-  
gnouisti benedictæ I e s v, vt sapientis-

542 DISCURSUS DE  
simus, clementissimusq; Medicus no-  
stræ imbecillis naturæ conditionem;  
nam prouidens peccatores ob suā im-  
puritatē non auferos se adiūcere ad te  
parissimum fontem, & Deum infinito-  
te Maiestatis, procurare voluisti. Pa-  
tores, homines nostri similes, vt maiori  
fiducia & securitate ad eos consurgere  
mus, partim vt sancta corū institutio-  
ne purgaremur, & in viam salutis dini-  
geremur; partim vt eorum intercessio-  
ne gratiam apud tuam Maiestatem in-  
ueniremus, ac peccatorum nostrorum  
remissionē, sicut eam inuenit mulier  
Canaæa. Obsecro te igitur per famam  
bonitatē tuam, eorumq; glorioſa me-  
rita, mihi vt gratiam impetrari velis, n  
ritatis notiriam (quam mihi beneficio  
gloriosorū istorum) Apostolorū com-  
municare dignat? es) semper & innu-  
labiliter in corde retinendi, ore vsq; ad  
mortem intrepide confitendi, & open-  
quoq; perfectè præstandi & explendi  
vt extremo illo die, cùm ad iudica-  
dum veneris, illiq; velut iudices mun-  
di tibi assederint, non eorum sententia  
à tua Maiestate reiaceat, sed potius gra-  
tiose absoluar, atq; vna cum illis, aliis  
que omnibus sanctis cœlesti præma  
dignus pronuncier.

DQ

COMMUNI SS. 543

DOCUMENTA.

1. **S**CRIPTV M est, à Domino primo  
electores Apostolorū, duindeverò septu-  
aginta duos discipulos quos misit ad pra-  
dicandum, & operi sereniori illi popu-  
lo. Neque legatus quenquam illorum  
ante vocacionem se ad obēndum hoc  
manu obtulisse: imò quandam se vultu  
effarentem & dicentem, Sequarete, quo  
cunq; iteris, repudiatuit. Vnde discimus,  
nominem, quantumvis idoneum ser-  
putet, debere se efferre, velingerere ad  
functionem docendi vel gubernandi a-  
utor: sed debere potius expectare, donec  
ab iis, qui vices Christi gerunt, vocetur  
& eligatur: ne, dum falso pietatis Zelo  
quarit: sacrificare animas aliorum, per-  
dat sciam.

2. Domini vocavit Apostolos in me-  
dio lucrum occupatiūnum, alios dum nō  
scerentur, alios dum negotijs temporali-  
bus vacarent, care indicās, scūlū feruntū  
pro rībus huiusvitæ occupatiōibus me-  
ritia priserendū. Quare magnam ti-  
mendi causam habent, qui dum scūlū  
sc̄ Christo vocari, cum ab commodum  
aliquod, vel respectum humanum sequi  
negligunt: quo enim maior est h. ec corū

P 4 in-

344 DISCURSUS DE  
ingratitudo, hoc maxime dominum, durior  
remque pacnam dauidis sunt relativi.  
3. CHRISTVS voluit Apostolos tan-  
tum esse numero duodecim, ut iuris-  
ret, quemadmodum hic numerus com-  
plicatus est ex diabolis numeris, deinceps  
et in unius, si Apóstolos, eorumq; successo-  
res, qui sunt Ecclesiæ pastores et prela-  
ti, debere premissis alijs obsequi decem  
mandatis suis sancta legis, et duob; chari-  
tatis, quae sunt diligere Deum super o-  
mnem, et proximum sicut seipsum.  
4. Dominus idcirco tam paucos dissi-  
pulos ad eum ferendam totum mundo de-  
git, ut indicaret, licet reuera deberem  
esse multi predicatores et profissiores Eccle-  
sie, tamen semper fore paucos veros op-  
erarios, multos autem mercenarios; Sem-  
per enim pauci sunt, qui quarant onus,  
et labore, plurimi vero qui seculum  
otium, et honores auscipiantur. Pauci q;  
querunt proesse alijs, et lucrificera-  
nimas; multi contra, qui querunt alijs  
dominari, et lucris inhiant temporali-  
bus. Quarere dicit Christus disci-  
pulis. Domini regarent ut mitteret op-  
erarios in messem suam, non quod decesserit,  
aut inopia operariorum idoneorum labi-  
raret, sed quod decessent boni et utili-  
tariorum qui semper sunt pauci.

5. CHRIS-

345 COMMUNI SS.  
3. CHRISTVS ut Apostolos suos  
extolleret super omnes veteris et novi  
testamenti sanctos, voluit eos in hac cui-  
ta omnium hominum esse subctissimos  
et contemptissimos, sicut apostolus Paulus  
ad Corinthios scribens, de se alijsq; Aposto-  
li loquitur. Futo, inquit, quod Deus nos  
Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, nos stulti  
propter Christum, Sec. Arg. eandem nor-  
mam Dominus cum omnib; alijs suis a-  
miciis tenet, ne tempe humilians illos quos  
amat. Quare magnam causam timendi  
habent, qui semper ad aliora tendunt,  
et super alias honorari cupunt, ne ranci-  
adem ad infimum locum deciduntur: et  
qui nunc primi sedes occupare conan-  
tur, cum pudore et rubore tandem co-  
gantur occupare extremas.  
6. Non legimus Apostolos a Spiritu san-  
cto in remotissimas regiones inter barba-  
ras gentes amandatos, secum iulisse ul-  
timum commercium pro sua sustentatione:  
in ea à Domino veritatem ille fuit, ne secū  
ferrent vel pecuniam, vel per som, vel  
viam tunicas, vel baculum, ut serui Dei  
intelligant (speciatim qui officio fungu-  
tur iuuandi alias) primo, non debere eos  
proseminii esse sollicitos in rebus, ad cor-  
pus pertinentibus, sed solatium jauru-

P 5

qua-

*quarere in Deo, cuius causa laborant,  
certo confisi, illum necessaria omnia illa  
prosaurum, secundum illa verba ab ip-  
so Domino ad eosdem Apostolos dicta.  
Nolite solliciti esse, dicentes, quid tra-  
ducabimus, aut quid bibemus, aut quo  
operiemur? Quarante prium regnum  
Dei & iustitiam eius, & hec omnia ad-  
iicientur vobis. Secundò in ijs que ada-  
lios pertinent, mādauit Dominus, nega-  
st̄rēt baculū, ut intelligat seruitus, nō  
senerēt & imperiosè aduersus alios agen-  
dum esse, sed magna cum benignitate &  
manuerudine tractando.*

7. Dominus primam dixit ad Apo-  
los se nō esse electum ab ipsis, ipsos aut  
electos à se, deinde subiunxit ut iacent &  
reportarent fructum suum, ut ipsorum  
permansurum, quicquid autem petet.  
Patrem in nomine suo, id conjectura.  
Quo significabatur primo, eos quibus in-  
cumbit cura iumentarum animalium,  
non posse sperare aliquem suorum labo-  
rum fructū, nisi à Deo electi, & à spiri-  
tu S. missi fuerint, per eos qui locū Chri-  
sti tenent; & quamvis exstremē se fa-  
cere aliquem fructum, tē rāzen cibam  
& scabilius esse non potest. Deinde, etiam  
si electi essent à Christo, non debent te-  
xere fructum quem colligunt sua acti-  
būm

Mat. 6.

*bure doctrine, sed virtuti & gratia l' &  
triæ celestis, à quo, si in precibus eius o-  
pem implorent, omnis eorum sufficientia  
proficietur, sicut dicit Apostolus. Om-  
nis sufficientia nostra ex Deo est. Id  
ut conseruentur in his dilectis, & non  
enierint illis, quod idem Apostolus mo-  
net, ne dum alijs preuant, ipsi à Deo  
reprobentur.*

8. *Dixit Christus ad Apostolos. Si dc  
mundo esfetis, mundus quod suum  
eit diligenter, sed quia de mundo non es-  
tis, ego elegi vos de mundo, propterea  
vocati mundus. Ex his Salvatoris na-  
striverbis qualibet intelligere potest, Dei  
ne an mundi partes sequuntur. Nam si  
quin conatur vestram instituere piam &  
sanctam mundi legibus contrariam af-  
fligatur, persecutiones patitur, contemni-  
tur, omnesque in felicissimè cedunt, signi  
eſi cum exodus mundo, ac proxime ele-  
cti à Christo, qui verissimè dicit, illos  
non esse de mundo, cū sint potius de caelo  
& non mundani. Contra vero si ille, quis  
conatur anticiuare cū mundo colere, am-  
bit & honoratur ab omnibus, prosperi-  
tate omnia illi cedunt, signum ei illi di-  
ligiā mundi, ac proxime non parum des-  
titutus debet, nū sicut à partibus Christi,  
& sū in numero à Christo electorum.*

*Matth. 10. 9.* Conjulebat Dominus Apostolis suis, ut essent in conuersatione cum hominibus, simplices sicut columbe, & prudentes sicut serpentes. Columba habet hanc proprietatem. Carens felle & malitia si pellitur, semper reddit, si pulli ei tollantur, gignit alios in eodem etiam nido. Prudens vero serpentis in eo, quod pro defensione capitis, periculo exponat totum corpus. Talius quoque esse debet verus Christi seruus, & primo imitari simplicitatem columbae, cogitando bene de omnibus, in bonam partem interpretari quicquidibili dictum factumne fuerit, benefacit male agentibus, nunquam cessare ab beneficiis in proximos conferendum, etiam ingratii sint, & maledictis ab eis afficiuntur. Secundo, ut ubi vides periclitari hunc norem & gloriam Christi capitum no[n] vel anima sua salutem, qua est primis illis hominis pars, imitandæ sibi scientiam, prudentiam, & exponendus in solium facultates, aliisque bona temporia, veram etiam uitam, si opus sit, propriam, ad tuendum dimicandum thronum & anima salutem.

DE COMMUNI  
SANCTO-  
RVM MARTY-  
RVM,  
DISCURSUS II.  
EVANGELIVM.

**V**IDETE vosmetipso, nam *Mat. 24. 13.*  
ante omnia iniicient vobis *Mar. 13.*  
manus suas, & persequentur *Lue. 21.*  
tradentes in Synagogas, & custo-  
dias, trahentes ad Reges & praesi-  
des, propter nomine meum. Con-  
tinget autem vobis in testimonium  
illis. Et quando duxerint vos tra-  
dentes, ponite in cordibus vestris  
nō premeditari quemadmodum re-  
spondeatis, sed quod datum vobis  
fuerit in illa hora, id loquimini,  
ego enim dabo vobis & sapien-  
tiam, cui non poterunt resistere &  
contradicere omnes aduersarij ve-  
tri. Tunc tradent vos in tribulatio-

350 DISCVRSVS DE  
nem. Trademini autem à parenti-  
bus, & fratribus, & cognatis, & a-  
miciis, & morte afficiunt ex vobis.  
Tradet autem frater fratrem in  
mortem, & pater filium, & confrat-  
gent filij in parentes, & morte affi-  
cient eos, & eritis odio omnibus  
gentibus propter nomen meum.  
Qui autem perseverauerit usque  
in finem, hic saluus erit, & capillus  
de capite vestro non peribit. In pa-  
tientia vestra possidebitis animas  
vestras.

### FIGVR AE.

Gen. 3.

1. NOE Patriarcham renoua-  
tione mundi post generali  
diluvium solenne sacrificium obu-  
lit Dco ex omni genere animalium,  
qua in terra inueniri potuerunt.

2. IN dedicatione templi à Regi  
Salomone exstructi multa millio-  
nium & boum in sacrificium occisi  
fueru.

3. IONAS in terribili quadam  
tempestate proiectus in mare agric

Ion. 2.

COMMUNI SS. 351  
di pise absorptus est: cumq; putare-  
tur submersus & mortuus, saluus &  
incolumus in littore eiusdem est.

### PROPHETIA.

1. PROPTER remortificamur tota Psal. 43.  
die, & stimati sumus sicut oves occi-  
sions.

2. Posuerunt morticinia seruorum suorum, Psalm. 73.  
ecas uolatilis cali, carnos sanctiorum tuo-  
rum besidis terra. Effuderunt sanguinem eo-  
rum tiquam aquam in circuitu Hiero-  
salem, & non erat qui sepeliret.

3. Multe tribulationes in infernum, & de Psal. 33.  
omnibus hui liberabit eos Dominus. Cu-  
stodiis Dominus omnia ossa eorum: unū  
ex his non conteretur.

4. In istorum anime in manu Dei sunt, Sap. 3.  
& non target illis tormentum mortis.  
Ipsi coram hominibus tormenta passi  
sunt: ipsi illos immortalitate plena  
est: in pacio vexati, in multis bene dis-  
ponentur: quoniam Deus tentauit eos,  
& innuit eos dignosse, tamquam aurum  
in furnace probauit illis, & quasi bolo-  
canthi bofiam accepit illos.

### CONSIDERATIONES.

DAVID Propheta saudus pre-  
uidens persecutiones excitandas

352 DISCVRSVS DE  
in futuram Ecclesiā, nobilissimamque  
ciuitatem varijs modis ab hominibus  
impījs affligēdam & vastandam com-  
miseratione tantarum calamitatū mo-  
tus se conuerit ad Deum & dixit. Deu-  
*Psal. 78:* venerunt gentes in hereditatem tuam,  
polluerunt templum sanctum tuum, po-  
suerunt Hierusalem in pomorum cu-  
stodiam. Posuerunt morticinia seruorum  
tuorum escas volatilibus celi, carnes san-  
ctorum tuorum bestijs terre, effuderunt  
sanguinem eorum tanquam aquam in  
circuito Hierusalem, & non erat qui se-  
peliret. Quid verò aliud est hęc Dei he-  
reditas, hoc templum sanctum, & ha-  
eius ciuitas, quam dilecta illa Nauicula  
quæ in hoc vasto & spacio mundi  
mari cōtinuis ventis & tempestatibus  
agit & concutitur, nempe Ecclesia  
Sancta, quæ toto orbe diffusa, partim  
varijs tyrannis, partim à malignis spin-  
tibus grauiissimas continēter perpessa  
est persecutions. Hanc Domini her-  
editatem magna vi & immanitate in-  
uaserunt huius mundi Principes vici  
vastarent & penitus exciderent, multi-  
plicibus tormentis homines iustos &  
innocentes excruciendo, & vita spoli-  
ando. Hoc ipsum & S. Propheta He-  
as deplorabat cū lacrimis dicens.

COMMUNI 33. 353  
varia tuis, Domine, destruxerunt, & pre i. Reg 19.  
phetas tuos occiderunt. & derelictus  
sum ego salus, & querunt animam meā  
ut auferant eam. Verum, o inaudita  
impītas, non satis erat impījs, duris &  
exquisitijs supplicij sanctos & medio  
tolere, & pretiosum eorum sanguinē  
effundere, sed inuidia & malitia exce-  
cati, ne permittebant quidem ut sacra  
illa corpora mandarent sepulture,  
vnde & in publicas vias bestijs deno-  
randa obiiciebant. De iisdem persecu-  
tionibus Prophetarum & Sanctorum  
veterum scripti A postolus laudans fa-  
cti eorum constantiam his verbis Alij *Hebr. 11.*  
ludibria & verbera experti, insuper &  
vincula & carcera lapidati sunt, secti  
fuit, in occisione glady mortui sunt, cir-  
conserunt in meliori, in pellibus caprinis,  
egreces, angustiati, afflicti, quibus dignus  
non erat mundus, in solitudinibus erran-  
tes, in montibus, & in speluncis & ca-  
uernis terra. Fœlices sancti, qui dum  
mundus affligendo eos facit indignos-  
se, reddit eos dignos celo. Idem prædi-  
xit quoque Dominus suis Apostolis. *Ioann. 16.*  
*Ecce ego mitto vos, quasi agnos inter lu-*  
*pos. Mitto vos quasi manuetos, humili-*  
*les & pacificos inter crudeles, superbos*  
*& iracundos, qui existimabunt se in*  
*vobis*

364 yobis occidendi sacrificium prestat  
Deo. Verum considera, quād superiori  
res illi fuerint in partendo martyres  
nostrae legis: fuerunt enim ad id iniuriae  
& animati CHRISti exemplo, qui  
tanquam Princeps & dux cum cruce  
eos processit, ad quem sequendum  
hortatus quoque Apostolus Petrus  
dicens. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Quis iam tam abiectu  
miles sit, qui nullum in ictum sustinere  
velit, dum videt ducem suum & impe  
ratorem à capite usque ad pedes vul  
natum & suiciatum, & quis cum filiis ih  
iis saeculi velit coronari rosis, dum cens  
Dominum suum coronatum spinis?  
Nec solum martyres fuerunt exempli  
Saluatoris animati, sed etiam inter i  
tormenta consolati & recreati tandem  
copiose remunerati. Promiserat em  
fe eos refocillaturum in laboribus  
planetum eorum cōuersurum inga  
num, & abundantem retributum in  
in coelo mercedem. Benedicte afflic  
tiones, que causa CHRISti tolerant,  
& benedicte lachrymae, que ciuilis  
Christi desiderio sparguntur, & beat  
culi, qui merebuntur diuinis ciuibus  
Creatoris manibus absurgi.

3. NAM

3. NARRAT Euangeliſta Ioannes  
in Apocalypſi ſua, ſe in viſione ſua vi  
deleſ equum candidum, & ſedente in  
eo habuiffe arcu, datamq; ei coronā. Et Apoc. 6.  
mox ſubiungit, *Et exiuit vincens, ut  
vinceret.* Quād vero aliud significabat  
hic equus torus pulcher & candidus,  
niſi exercitum fæcotorum Martyrū, in  
quo ſedet Christus Saluator neceſſer cu  
ius ope pugnat, ſicut ſcripū eſt. *Qui Abacuc. 3.*  
*affidit ſuper equos tuos, et quadrigas tuas  
ſalutatio, ſuscitat ſicit aliis arcu tuum.*  
Nihil enim aliud deſignat hic arcus Dom  
ini, niſi prædicationem, & prudens  
Sanctorum ſuorum reſponſum, que  
velut ſagittæ cor tyrranorum pen  
etrabant, & vitiorum malignorumque  
ſpirituū exercitū fugabat. Nam co  
rona diuinæ huius equitis capitii imposta  
ſignificabat victoriam, quam per vali  
dos ſuos milites & pugnatores de mu  
ndo & dæmonē obtinuit: in quolibet en  
im martyre ipſe certabat; in quolibet  
vincebat, & in quolibet coronabatur.  
Quare bene dicit ſcriptura eum exiuiſ  
ſe vincentem ut vinceret: idemque co  
firmauit Propheta, quando in per  
ſona Sanctorum Martyrum dixit.  
*In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad Psal. 59.*  
*nihilum deducet tribulantes nos.* Post  
hæc

336 DISCURSUS DE  
kæc vidit Ioannes exequem alium &  
quam rufum, sedentiique in eo dæ-  
fuit pœnitentia tollendi pacem detem-  
vt homines se inuicem interficeret, &  
ideo in manus traditus est ei gladius  
magnus. Quid verò aliud præfigu-  
bat hic ianguineus equus, quam tyran-  
norum, aliorumque dæmonis mini-  
strorum exercitum, cui insidens ipse  
dæmon tam inmaniter, tamq; mul-  
tiplicibus supplicijs defœuit in sancto-  
rum Martyrum corpora atque vitam.  
Hi sunt e qui illi, & quadrigè illæ Phi-  
laonis, persequentes populum Dei, quæ  
omnes sunt in mari rubro submersæ.  
Hic est impius ille & crudelis eque-  
qui pacem sustulit è terra, qui velut di-  
cordie auctor, & hostis pacis, nūquæ  
distraxit omni genere tentationum, pe-  
secutionum & insidiarum turbare ge-  
nus humanum. Huic traditus est iste  
gladius magnus: hic enim accendio-  
dia; commonet seditiones, inflamma  
ad bella animos, efficitque vt homines  
in mutuas cædes ruant. Denique he-  
lius consilio & suggestione tyrannitatem  
martyrum languinem effuderat,  
tantamque inumanitatè in Christi  
fæssores exerçerent. Legimus in dedi-  
tione templi Dei, à Salomone oca-

si Reg. 5.

COMMUNI SS. 337  
centum viginti millia cuium, & virgin-  
ti duo millia boum. Quid verò aliud  
tanta sanguinis profusio in dedicatio-  
ne templi denotavit, nisi sanguinē to-  
tidem millum Sanctorum, qui Christi  
Ducis sui exèplo, pro nomine eius  
sæncto vitam suam profuderunt, suo  
*Genes. 7.*  
que sanguine sanctam eius dedicarunt  
Eccliam? similiter solemní illo holo-  
causto ex omnibus animalibus mun-  
dis terrenis à Patriarcha Noe facto,  
non aliud designabatur, quam horum  
sanctorum Martyrum passio & sacri-  
cium, qui ex omni ætate, conditione  
& gente pro Christi nomine toto orbe  
fuerunt trucidati, & quasi animalia  
munda & innoxia Domino in holo-  
caustum oblati. Quamobrem codem  
loco recte dicit scriptura, quod *odorat*  
*fuit Dominus odorem fæcumatis,* in  
quam sententiam & de martyribus  
scriptum est: *Prestola in confessio De-*  
*mini mors Sanctorum eius: neque enim* *Ez. xl. 117.*  
Deus tantopere delectatus est sumo &  
sanguine animalium, quantum san-  
ctorum martyrum passione, vtpote  
sacrificio longè in diuinae Majestatis  
conspictu gratiore. Denique in  
hos inuictos Christi milites optimè  
conuenient verba sponsi suam spon-  
sam

sam laudantis. Dentes tui, inquit, sicut  
greges tonsarum, quia ascendunt de la-  
cro, omnes gemellis fœtibus, & steriles  
non est inter eas. Fuerant sancti. Mat-  
res dentes, quia ut fidei sanctæ fideis.  
Ecclesiæ Christi defensores, cum opus  
esset, tyranis demonstrabant dentes,  
resistendo illos unum impietati, sapien-  
tissimisque responsis eos mordendo.  
Erant quoq; quasi oves tonsæ & lo-  
quia spoliagi suat lana & abluti, quæ  
amissa vita sunt exuti corporibus, &  
proprijs sanguinis lauato amundati, as-  
cenderunt ad uberrimam pœnæ gloriam  
soecundaram cuiusvis iniuriam geni-  
no fructu, quia ad sanctuariora vias  
iunxerunt tolerantes martyres. Nequ-  
illus inter eos steriles fuit, qui non  
modo sibi profuerunt recepto pro  
singulari præmio & corona in rea  
verum etiam alijs, suo illustri excep-  
plurimum conuersationem & salutem  
illorum promouendo.

3. C O N S I D E R A inter omni  
opera Christiana nullum esse præde-  
tius, nec maiore laude dignum, nec  
Ecclesia Dei celebrius toleratia marty-  
rij. Ratio est, quia charitas, in qua illud  
opus fundatur, & ex qua procedit, on-  
ibus præstat virtutibus, atque in-

charitatis opera hoc martyrij præstat  
reliquis: sicut bene dixit ipse Dominus: Ier. 29, 13.  
*Maiorem charitatem nemo habet, q; ut*  
*anima & suam ponat quis pro amicis suis.*  
quod verè adimplerunt Manyres. Ma-  
gnam quoq; illi hoc opus, tum ratio-  
ne mali, quod in illo toleratur omnium  
acciditissimum, nempe mors, tum rati-  
one boni, quod homo perdit omnium  
gratissimum, videlicet vita. Verum sic  
ut homo confitat anima & corpore: ita  
duo reperiuntur martyris genera. V-  
num manifestum & extinuum, quod  
consistit in passione corporis, & morte  
pro CHRISTO tolerata. Alterum,  
est internum, quod consistit in oculi  
ta quadam virtute animi eorum qui  
robore spiritus conatur mortificare o-  
peti carnis; qui quidem dum inuisibili-  
les priuationes & malignorum spiritu-  
rum inuidiæ patienter tollant, & car-  
naliibus cupiditatibus fortiter oblecta-  
tur. de se Deo omnipotenti gratissi-  
mum offerunt sacrificium, facti hoc  
modo, tempore licet pacis, veri marty-  
res Christi. Nam non solum martyres  
in loco reputatur profundere languinem  
in Christi confessione, sed etiam mentis  
deuotæ seruitus, & cor mortifica-  
tum est continuum quoddam marty-  
rium

DISCVRSVS DE  
rium. Iam quod ad primi generis ma-  
tyres attinet, qui propriè vocantur Ma-  
tyres, quibusque singulatim tribuitur  
in celo aureola martyrij, hi fuerunt  
prudentes illi negotiatores, qui inueni-  
erunt in agro pretiosa margarita, omnia su-  
a usque ad sanguinem & vitam propriam  
exposuerant, ut eam comparare pos-  
sent. Audierant, nimirum, hi gloriosi  
sancti; quod Dominus dixit. *Nisi que-  
renunciauerit omnibus que possidet: si  
potest mem non esse discipulus.* Quare neque  
dubitabant magno animo opibus, ho-  
noribus & voluptatibus, usque ad pro-  
prium corpus & vitam temporalem ren-  
nunciare, ut omnibus rebus creati-  
uti, possent sequi Christum, eiusque  
discipuli esse. Non reformidabant  
rancorum minas, non carceribus, ghi-  
dijs, flagellis, equuleis, carentibus  
minis, morte ipsa terrebantur; sed  
oculos posito uno Imperatore su-  
i Christo nude, cruci affixo, plus ad pa-  
tiendum animabantur & accendebar-  
tur, maioremque cruciatum ipsi senti-  
bant ex Christi passione, quam ex sup-  
plicijs sibi nomine Christi illatis. Vne-  
bant in carne; sed corde cum Christo  
pendebant in cruce. Vnde bene por-  
rant cum Apostolo dicere. *CHRISTO*

*Lue.14.*

COMMVNI SS. 361  
*sonfusus sum cruci. Vno ego, iam non es-  
go, vnius verò in me Christus. O beatam  
martyrum mentem, quæ neque tri-  
bulationibus, neq; angustijs, neq; ver-  
beribus, neque laboribus, neque vñis  
rebus presentibus aut futuris potuit  
separari à charitate Christi. Felix mors  
& verè pretiosa in conspectu Domini,  
quæ finem dedit misero huius mundi  
exilio, & ad irum ad æternam felicitati-  
tem aperuit, stolata immortalitas de-  
dit, angelis æquales residit, & cum  
Christo coniunxit. O quanta est digni-  
tas, quanta securitas, egredi ex hoc æ-  
cumno seculo lætum & hilarem, in-  
ter mortis angores exire gloriosum,  
breui momento excludere oculos, qui  
bus videntur homines, & aperire illos  
ad videndum in æternū Deū, extem-  
plò tolli è terra, ut in celo inter angelo-  
rum choros colloceris. O beata Ecclesia  
quæ in hunc modū fusi gloriose san-  
guine tot martyrum illustrata. Ecce iā  
non desunt tibi, nec lilia, nec roſæ ad  
coronandum tuos filios. Currat igitur  
omnes, qui ad veros & æternos hono-  
res anhelant, ad recipiendum illas am-  
plissimas coronas, vel candidas in bo-  
norum suorum operū præmiū aut ru-  
bicundas in retributionem martyrij.*

*Q**4. QVOD*

4. QVOD attinet deinde ad gloriosum martyris notam, & quibus de causis haec victrix palma & corona acquiratur, primò sciendum est, nomine Martyris non aliud significati quam testimonium; quia Martyres vere sunt ad mortem fuit testimonio. Hmò enim dederunt testimonium sibi Christianæ, quæ erat verissima & certissima, & quod CHR. STVS dominus noster erat verus, & natura Dei filius, ac Creator vniuersi, qui per infinitam suam charitatem factus homo venit in mundum, ad redimendum sua morte genus humanum. In terzo exemplo suo aperiè declarat huius temporis passiones non esse dignas ad futuram gloriam quæ res labitur in nobis. Denique demonstrant quatuor principales virtutes, a primò quidem summissam in Christi caritatem, cuius amore vitam predederunt. Secundò inuiditum animabur, quo omnem metum repellere. Tertiò solidam fidem, eos in fane proposito confirmantem. Ultimò patientiam insuperabilem in tolerâ omnibus tormentis, quæ ab infernal hostile per ministros eius Tyrannos pertinaciter excoegerati ad afflictum co-

pus humanū. Nam ut aliquis per supplicia & mortem perueniat ad martyrij gloriam, necessarium est, ut dicta fœta secunda sit aliquo sequentium modorum. Primo enim illi sunt, veri martyres, qui patiuntur, moriunturque pro fide, & vera confessione Christi. Nam ut loquitur Apostolus, Corde creditur ad infinitum, ore autem fit confissio ad salutem. Atque ita quilibet Christianus semper debet esse paratus ad confitendum etiam ore illam fidem, quæ tenet corde, etiam si pericula esset vita. Secundò vero Martyres sunt, qui patiuntur pro Christo sicut sancti innocentes pro eo sunt occisi ab Herode, qui exstirpabat se vñā cum illiciti occiditum Christum. Unde nescio, quia eius loco mortui sunt, huc gloriosa corona coronati sunt. Tertio vero martyres sunt, qui pro claustris, quare debent proximo, eiisque salute patiuntur, & etiam dilectionis virtutē se exponunt, sicut exemplum Christi, de quo scriptum est. Portauit peccata nostra in corpore suo i. Pet. 2. super lignum, ut nos mortui peccatis, visceremus infirmitatem. Quartò martyres sunt, qui potius eligunt mori, quam prævaricari aliquod præceptum le-

364 DISCVRSVS DE  
gis, vti fecerunt sancti illi Machabæ,  
qui ne diuinam legem transgrederen-  
tur, ab impio Antiocho inaudita qua-  
dam crudelitate sunt maestati. Quinto  
martyres sunt, qui patiūtare eo quod  
im munitates & priuilegia Ecclesiæ de-  
fendant, vti fecit iniūctus ille marty-  
S. Thomas Cantuariensis. de quo le-  
gimus, cùm post mortem eius Cleve-  
iusta ei persolueret, vt solet scripsi-  
defunctis, angelos auditos inchoantes  
*Antiphonam, In virtute tua Domini*

*detabitur iustus : quæ solet cantari in*  
Missis Martyrum. Sexto martyres sunt  
qui patiūtare propter suam bonitatem  
vel iustitiam, quomodo passus est iu-  
stus Abel à fratre occisus, de quibus dí-  
xit Dominus. *Beati qui per perfectionem*  
*patiuntur propter iustitiam, quoniam*  
*ipsorum est regnum celorum.* Septimo  
& postremo martyres sunt, qui patiuntur  
propter defensionem veritatis, vni-  
cum diuini honoris zelo, salutisq[ue] alie-  
næ procurandæ causa impulsi alium  
corrigit, vel reprehendunt, quæ de  
causa S. Ioannes Baptista Domini præ-  
cursor mortem sustinuit. Similiter san-  
cti Prophetæ Isaias & Ieremias, illæ  
impio rege Manasse, hic à populo lu-  
daico. Zacharias quoque Sacerdos-

*a. Par. 14.*

COMMVNIS SS. 365  
dem de causa ab eodem populo fuit *Matt. 23.*  
inter templum & altare crudeliter lapi-  
datus & occisus.

s. A D H Æ C quæ ad cruciatus &c  
poenas que sustinentur in martyrio,  
tria alia inueniuntur Martyrj genera.  
Quidam enim patiuntur & excrucia-  
tur animo tantum & nō corpore: quo  
modo passa est beatissima virgo Ma-  
ria, dum starer sub cruce filij conueni-  
enter vaticinio Simeonis. *Tuam ip[s]u[m] Luc. 20.*  
*animam pertransibit gladius.* Ac dolor  
quidem ille, quo in morte filij transfi-  
xum fuit, cor misericordissimæ virgi-  
nis tam vehemens fuit & grauis, vt me-  
ritè illa dieatrus plus quam martyr, i-  
mò Regina martyrum. Nam hoc tan-  
to acerbior & atrocior fuit Mariae hac  
passio, quod totum quod passa est, fu-  
erit in solo spiritu & anima, qui dolor  
fuit longè maior doloribus, quos Mart-  
tyres sustinuerunt in corpore. Vnde &  
verissimè completum est illud Iocelij  
vaticinium. *Sol conuertetur in tenebras Iocel. x.*  
& *Luna in sanguinem.* Christus enim  
verus Sol iustitiae in morte sua conuer-  
sus est in tenebras; & Luna, hoc est eius  
mater ex intima cōpassione tota cōuer-  
sa est in sanguinem. Sunt deinde alii  
Martyres, qui particulatim patiuntur

*dcc*

*Q. F. in*

366 DISCURSUS DE  
in corpore & non in anima, immo inter  
tormenta mirabilem diuina gratia in  
spiritu sentiunt consolationem, accen-  
dit, quod causa ob quam patiuntur,  
que est Dei gloria, afferat incredibilem  
voluptatem; sicut legimus de S. Apo-  
stolo Andrea, qui cum tanto gudio  
& exultatione accurrit ad crucem, qua  
conspictam verbis affectu plenissimi  
salutavit, velut rem diu optatam &  
quaesitam. Talis quoque fuit inuictissi-  
mus martyr Laurentius, qui craticu-  
le ardenti impositus, tyranico illudebat;  
& alius ille martyr, qui iussus nudis pe-  
dibus ambulare super ardentes carbones,  
dicebat, sibi videri se calcare rosas. Si-  
militer quanta consolatione, & refi-  
gerio affectum putamus fuisse be-  
tissimum protomartyrem Stephanum,  
quando inter lapidationem vidit celum  
apertum, & IESVM, pro quo  
patiebatur, stantem a dextris virtutis  
Dei, & iam ad ipsum coronandum  
paratum? Tertia ratio sustinendi martyrij est, quando acerbitas doloris non  
corpus solvit, sed animum etiam per-  
uadit. Sicut contigit C H A R I S T O  
Saluatori nostro; a cuius anima san-  
cta omnis omnino consolatio & vo-  
luptas fuit subtracta. Licet enim gra-

367 COMMUNI SS. & dolores,  
vissima essent supplicia, & dolores,  
quos in corpore suo ob temperatissi-  
mam, tenuerrimamque complexio-  
neum, percessus est, tamen dolor, quo  
excruciatbatur beatus eius spiritus, ta-  
to fuit in infinitum grauior & acerbior,  
quanto certius cognoscetse satisfacere pro peccatis totius mundi, & ta-  
men non solum Iudaeis, sed etiam  
multis Christianorum millibus pa-  
rum re ipsa profuturum, simulque cer-  
nebat infinitam offenditam peccatis no-  
stris apud dilectissimum Patrem co-  
tractam sibi expiandam. Itaque ~~tae~~  
intolerabiles, siue exterius, siue interi-  
us, siue eius cruciatus, ut merito per  
Prophetam dixerit. *O vos omnes, qui  
transitus per viam, attendito & vide-  
to, si est dolor similis sicut dolor meus.* V. *Tremetis.*  
bi clarissimè videmus quanto per nos  
amaret Dominus, quod poenas illas,  
quas causa nostra percessus est, volue-  
rit esse omnis confortationis & refinge-  
ri expertes: quas vero nos patimur, ve-  
luit miseras & temperatas esse multis  
consolationibus.

6. CONSIDERA quanta sit di-  
gnitas & præstantia huius generosi o-  
peris, ac primò quidem ratione ipsius  
efficij. Hienim speciatim appellantur

368 DISCURSUS. DE  
militis Christi, validique illi pugna-  
res, quorum opera Dominus expugna-  
uit inimicos suos, mundum, carnem  
& dæmonem, vitia extirpauit, & im-  
pium idolorū cultum funditus euer-  
tit. Secundò ratione perfectionis ha-  
bius status; martyrium enim est agus  
summæ perfectionis, ex nobißima,  
perfectissimaque virtute, nempe can-  
tate, vt supra diximus, profectus. Ter-  
tiò ratione magnitudinis doni, quod  
Martyres offereunt Christo. Nemo  
nisi plus dare potest, quamvis, quida-  
scipsum, qua in re martyrium longe  
excedit omnia alia sacrificia & oblatio-  
nes.: In alijs enim oblationibus offe-  
runtur tantum res quædam extenz,  
vel pars tantum hominis interioris, &  
in martyrio omnia tamen externa quæ  
interna offeruntur. Quartò, ratione  
difficultatis victoriæ, magna enim vir-  
tus in animo requiritur, vt corporis  
cruciatus, mortemq; contemnat, cum  
etiam ipse Christus impendente in  
passione, vt scriptum est, signa timoris  
& miseroris dederit. Similiter marty-  
rii multi sancti vacillarunt in fide,  
quidam etiam eam deseruerunt. Quin-  
to, quia martyres maiorem habent  
cum Christo conformitatem: vt enim

COMMUNI 58. 369  
*de eo dixit sponsa. Dilectus meus can- Cent. 3.*  
didus & rubicundus. Sic hi gloriosi  
sancti eum imitantur in candore per-  
mentis puritatem, & vita integrata-  
tem, ac similiter in rubore imitando fa-  
cram eius passionem. Ac magna solet  
esse militis gloria, quando te confor-  
mat, & quasi similem reddit suo inui-  
ctissimo duci. Sextò, ratione pretiosæ  
corum mortis. De martyribus enim  
peculiariter scriptum est. *Pretiosa in psal. iii.*  
*confessa Domini mors sanctorum eius.*  
Prestola, hoc est, valoris inæstimabilis,  
quia pro illa datur æterna gloria, illa-  
que cœlum ipsiū comparatur. Septi-  
mo, ratione securitatis proprieatatis;  
nam, vt aiunt Doctores, quatuor sunt  
hominum genera, quibus statim ape-  
ritur cœcum post mortem. Primi sunt  
pueri, innocentes, & alij recens bapti-  
zati. Secundi sunt, veri contriti, qui  
perfectam poenitutinem peccatorum  
habent. Tertiij, qui ad culmen perse-  
ptionis & caritatis peruenierunt. Quar-  
ti, qui martyrio gloriose vitam finiūt,  
hoc enim summo caritatis aeterno anima  
ab omnibus maculis expurgatur. Va-  
nde, teste Augustino, iniuria facit mar-  
tyri, qui orat pro martyre; quare de-  
bemus potius ei congratulari, orare-

que non pro illo, sed pro nobis ipsis, & corum orationibus adiuuemur. Qd. uero, quia perfecte Christum imitantur, conuenienter illi dico. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me, quætra Martyr morte tolerata pro Christo perfecte adimpler & præstat. Non ratiōne consolationum maximarum, quibus Deus solet eos recreare, qui amore ipsius aliquid patiuntur, sicut dixit Apostolus.*

*Luc. 9.*

*Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Tanta vero est consolatio, quam martyris sentit in corde, dum animaduertitur se per martyrum reddi conformarem Christo, & proximum esse glorie: ut etiam inter media tormenta hec sua interna consolatio in corpore ipsum, partemque sentientem redudet. Decimò & ultimò, ratione venerationis cultusque, quo Ecclesia illorum gloriosum natalem celebrat, ac meditò, quia hi sancti multis beneficijs cumularunt, & continenter cumulant Ecclesiam sanctam. Nam primò eam confirmarunt testimonio proprijs sanguinis. Secundò nostram tepiditatem excitant, & deuotionem accendunt. Tertiò populum fidelem, non solum*

*fatu-*

salutaribus consilijs, sed multò magis viuis efficacib[us]que iniunctæ sua virtutis exemplis inuant. Denique sunt nostri fideliissimi aduocati & protectores: nam securi de salute sua, solliciti adiuvare nostra, orationibus suis & meritis apud Dominum in omnibus necessitatibus nobis succurrunt.

7. IAM vero quod ad præmium attinet à Domino in celo præparatum pro suis his iniunctis militibus, proque gloriois bellatoribus, profectò nullo ingenio poterit vñquam dignè comprehendendi, nullaque oratione exprimari, quanta eius sit magnitudo & excellētia. Tanta enim eorum remuneratio est, vt omnem modum excedat, tam copiolā, vt numerari nequeat, tam plena & abundans, vt finem non habeat, tam pretiosa, vt omnem estimationē & valorem excedat. Et quamvis multitudinētur passi sancti in terra, nihil tamē fuit comparatione beatitudinis, quā sunt confecuti. Nam ut loquitur Apostolus, *Non sunt cōligna passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. Hic considera, quādo haec sanctæ animæ vītrices exēunt ē campo sui crūcti conflictus, quanto trium-*

*Rom. 8: 31  
Q. 6 pbo:*

## 372 DISCVRSVS DE

pho & gloria consendant coelum, quā  
toqué gaudio & exultatione à superne  
Hierusalem ciuibus ducantur & re  
cipiantur: maiore proculdubio, quā  
Dauid. Adolescens, quando reuerteret  
victori cum capite illius superbi Phil  
istei ab eo occisi, obuiam procedebat,  
cum varijs hymnis & canticis filia H  
ierusalem dicentes, *Percussit Saul milia*,  
*& Dauid decem milia.* Nam potuē  
quidem Tyranni affligere, atque enī  
vita spoliare corpora Martyrum, sed  
hil potuēre amplius contra illos; at ho  
rum gloriosorum Sanctorum victoria  
fuit multo maior, quia non solum vi  
cerunt tyrannos persecutores, verū  
etiam in ipsis vicere dæmonem, q  
inuidia sua malitiaq; illos instigabat  
vicerunt similiiter & mundum, atque  
etiam mortē ipsam. Quapropter con  
gruenter Saul in Tyrannorum perso  
na solus percussit mille, sed Dauid in  
persona SS. Martyrum percussit decem  
millia. Non fuit satis clementissimo gra  
tissimoque domino nostro addere a  
nimū seruis suis, qui propter ipsum  
in hac vita laboant, & affliguntur,  
promittendo illis auxilium, dicendoq;  
ne sint solliciti: severis eorum tantam  
efficaciam adiuncturum, tantamque

*1 Reg. 8.*

## COMMUNI SS. 373

præbiturum sapientiam, cui resistere  
nec repugnare valeant omnes eorum  
aduersarij: sed voluit præterea spe præ  
mij eos confortare, quando eis dixit,  
ne dubitarent, nec enim vel capillum  
de capite eorum peritum, ac licet cor  
pora eorum impijs carnificum mani  
bus laniarentur, & ferarum dentibus  
disperferentur, ac flammis etiam arde  
rent & consumerentur, se tamen etiam  
minimi capilli curam habiturum. lam  
si Deus tanti facit vnum capillum mar  
tyrum, quanti faciet eorum animas,  
quantum honorabit & solabitur? Sic  
enim fatetur ipse Dominus in Apoca  
lipsi. *Qui vicerit dabo ei sedere in thro*  
*no meo, sicut & ego vici, & sedicun Pa*  
*stre meo in throno eius.* O quæ dignitas,  
quæ gloria singularis animæ est, posse  
assidere supremo Regi in throno regio  
dum ante eum in pedibus consistunt,  
velut ministri, omnes principatus, po  
testates, throni, & dominaciones, sicut  
de illis scriptum est, *Millia millium mi*  
*llaria erabant ei, & series millies centena*  
*millia affiebant ei.* Quod non eo fit,  
vt homines putentur angelis antelati,  
nam & ipsi cum Dracone infernali di  
micarent, & in sanguine agni viceerūt;  
sed quia iusto Dei iudicio Martyribus.

*Apoc. 7.**Dan. 7.*

illa singularis prærogativa conceduntur, sedendi, iudicandi; illos, à quibus iniquè fuerint iudicati. O immensa beatas, O ingens Christi Domini noluntur beralitas, qui tam exiguae & breves seruorum suorum afflictiones, remunerat tam gloriofa & æterna corona, sicut bene expressit his verbis Apostolus, *Quod in presentia est momentaneum & luctu tribulationis nostra, supremum aeterna gloriae pondus operatur.* E rectè vocat gloriae pondus: tanta enim est eius magnitudo, ut nec ab homine nec ab Angelo villa ratione sustinuerit, nisi à Deo mirabiliter sustentur.

8. Q VONIAM verò proprius viatorum præmiū esse solet, coronam, ut dicit Apostolus, *nō coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.* Idecirco Propterea de his viatoribus loquens, dixit. *Possisti in capite eius coronam de lajia pretiosa.* Duo bus ergo coronis coronati sunt sancti Martyres. Una aurea, que non est aliud quam ipsa beatitudine & gloria essentialis, quæ consistit in beatifica Dei visione, quæ communis omnibus beatis, qui omnes, vicelestis regis filij, & regni eiusdem merito ipso quoque vocantur.

*Tim. 2.*

Reges, & hac regia corona ornatis sunt, teste Euangelista Ioanne. *Fecisti, inquit, nos D E O nō frō regnum & Sacerdotes, ē regnabimus super terram.* Alcea corona sanctorum Martyrum est, quæ à Doctoribus dicitur Aureola, quæ præmij loco datur ijs, qui heroicè aliquo opere excellentem quandam victoriam ex hoste retulerunt. Sunt autem eiusmodi aureole omnino numero tres, conuenienter triplici militiae spirituali in qua se Christianus exercet, nam alij cum mundo, alijs cum carne, alijs cum dæmonie bellum gerunt. Ex his verò martyres peculiariter & excellenter expugnant mundum, repudiando omnia eius gloriam & voluptates, patienterque tolerando omnes persecutions vñq; ad mortem. Virgines verò speciatim domat & mortificat carnē, abstinentia ab omnibus delitiis carnis, alijs q; multis actionibus etiam licitis. Doctores deniq; Ecclesie particulatim vincit dæmonem, dum verbo Dei eum è cordib. mentibusq; huminum exterminant. Hæ ergo Aureole non aliud sunt, quam quædam sanctorum animarum accidētalis gloria, certumque corporis gloriofi ornamentum, quo quasi symbolo ab Ange-

Angelis, alijsque beatis dignosuntur, & honorantur quasi digni illa prærogatiua ob heroicum facinus perpetratum. Inter has autem coronas & aureolas omnium honoratissima gloriosissima que est illa sanctorum martyrum, cum ratione actus quoacquiritur qui difficultor illustriorque est ceterorum quia in aureola martyrij continetur alia duæ. Nam martyris non solum refert victoriam ex mundo, contemplati honoribus, opibus, & voluptatibus sed etiam ex carne, exponendo corpus accerimis cruciatibus atque doloribus usque ad mortem: deinde debellat quoque dæmonem dum iniuncta sua constantia illum pudicit, & inanes reddit omnes eius contus & machinationes, quibus operariorum sanctam fidem conuelleret & nomen Christianum extingueremus. O quam pulchrum quamque iucundura erit spectaculum, oculis in celo cernere candidatum illum Martium exercitum coronis aureis in capite gemmis pretiosis interranticibus, splendidisque & candidis vestimentis, adamantibus, margaritis, & pyropis nobilissimis vndique distinctis fulgentem. Vbi adamantes denotabuntur peribiles

peribiles eorum fortitudinem; magnitatem lachrymas & sudores: pyropi vulnera, sanguinemque amorem Christi profusum. Venite nunc filiae Hierusalem, ciues superne patriæ, & videte hos gloriochos martyres cum coronis, quibus à Dominio in die felicis sui Transitus sunt cum summum a cordis laetitia coronati. Hi sunt nobiles illi triumphatores, qui spretis impensis terrenis Principatum edidisse ministraverunt, mecum venient ad premia æterna peruenire. Hi sunt qui viventes in carne proprio sanguine hoc Ecclesiam fundaverunt, & calicem Domini biberunt, facti perfecti eius imitatores & amici. Hi denique sunt qui ab Evangelista nonnevisi sunt stantes *Apos. xii.* ante thronum Dei coram agno in floribus aliis, & palme in manibus eorum, cuiusque petreteret, quinam essent, respondebat ei, eos ex magna tribulatione venuisse, lausque siolas suas, & dealbauisse in sanguine agni, & ideo dignos factos, vivitarent ante thronum Dei, illique seruant nocte ac die, in templo cœlesti, ipseque DVS in throno sedens semper habitet cum eis. Quare nulla amplius vel fame vel siti vexabuntur, nec ullo frigore vel astu amplius affligentur, quia agnus stans in me-

medio throni, deducet eos ad fontem  
vitæ, & Dominus absterget lachrymas  
ab oculis eorum.

9. **DENIQVSE** præter hoc primum  
martyrij genus, quod consistit in per-  
ferendis corporis poenit., est aliud  
quoddam, ut supra dictum est, inter-  
ioris martyrij, quod consistit in abne-  
gatione sui ipsius, & proprii carnis  
mortificatione, de quibus dixit Apo-  
stolus. *Qui carnem suam crucifi-  
erunt cum vitijs & concupiscentijs.* At-  
que hoc speciam inuenitur in statu  
Religioso, quem si conferamus cum  
martyris, inueniemus quidē in aliqui-  
bus rebus illo inferiorē, tamē in mul-  
tis esse etiam superiorē vel tertiē-  
qualem. Et primō quidē hoc inferior  
est martyrio, quo lītē non sunt tam  
magni & acerbi cruciatus ac in marty-  
rio. Contrā verò superior est, quod illi-  
cet eius dolores non sint acerbiores,  
sint tamen diuturniores & magis con-  
tinentes, vt benē dixerit quidam San-  
ctus Doctor: *Vivēre in paupertate possū  
martyribus comparari grauior est enim  
longa fuga, quā velox mors Adhæilla  
vna p̄cipua est martyrij gloria, quod  
vitā exponat pro Christo, q̄ sumnum  
est omniū quæ ab homine dari possū*

*Gals.*

Ba

Religio verò licet hanc gloriam nō ha-  
beat, tamen prolongatione vitæ, qua  
magnam occasionem præbet multo-  
rum operum bonorum exercitiō, hāc  
gloriam apud Dominum in celo non  
æquate solum, sed etiam superare po-  
tebit: atq; ita habita ratione nostri spiri-  
tualis prefectus, cuius causa in mun-  
dum venimus, non dubium est, quia  
multi anni sacerdē in religione im-  
pensi maiorem meritorum præmio-  
rumque cumulum efficiant, quam so-  
lus actus martyrij, qui vno momento  
sepe absolvitur. Accedit quod affi-  
dum illud studium, contenitq; reli-  
giosorum in vita oppugnādis virtu-  
tibusque acquirēdis, quasi cōinuua-  
si martyrium. Etenim, sicut quando  
tyranni conabantur torturēis Confes-  
toribus eripere C H R I S T U M & fidē,  
qui usque ad mortē eis resistebant vo-  
cabantur Martyres; sic quādo maligni  
spiritus per se, vel alios varijs tentatio-  
nibus & fraudibus conātur Christum  
eripere ex se uorum eius cordibus, adi-  
mendo illis pudicitiam, temperatiām,  
humilitatem aliasq; virtutes, qui for-  
titer illos oppugnant, & cum labore  
oblustantur, merito quoque appellati  
possunt Martyres, imo co magis  
quod

280 DISCURSUS DE  
quod h[ic] dæmonem ipsum, illi verò tam  
tum homines infestos habeant. Prete-  
reca instituto religioso particulatum hec  
competit gloria. Primo ratione voluntate  
et paupertatis, ut enim afferit deus-  
**Mat. 6.**  
tus Bernardus, non alia de cœla Domi-  
nus eandem mercedem promisit pau-  
peribus & Martyribus (utrumque e-  
nam dicit esse regnum cœlorum) quia  
quia paupertas voluntaria est quedam  
martyrium. Nam quid admirabilius  
esse potest, quod martyrium ga-  
uius, quam in tanta ferculorum copia  
pati famem, inter tot tamque pretiosa  
vestimenta algere, inter tantas opes,  
quas inuidus offert, hostis promittit, &  
appetitus humanus desiderat, semper  
esse medicum? Annon ergo merito  
coronabitur, qui in hunc modum pugnat,  
contemptis mundi promissis, illu-  
lo & triumphato inimico, ac crucifixa  
propria conscientia à qua stimulatur?  
Deinde non paupertas tantum, sed con-  
tinuus quoque ille confuditus castitatis,  
illa corporis per penitencias maceratio,  
abstinentiae, cœlia, discipline, aliisque  
mortificationes religiosæ sunt quoque  
genus martyrii. Abnegatio vero pro-  
prij iudicij & voluntatis, non aliud est,  
quam quotidianū martyrii, si hono-  
ritas

COMMUNI SS. 281  
ren quidem spectes, paulo illo mitius  
& lenius, sed diuturnitate longinqui-  
tateque temporis molestius. Verum  
quia ad rationem veri martyrij videtur  
requiri mors, ut illa non secuta nemō  
martyr appelleretur. Vide quemadmo-  
dum nec hac perseverie caret religio-  
sum martyrium. Et primo quidem,  
sicut morte corporali homini subtra-  
huntur opes, patentes, amici, omnesq[ue]  
res huius munditiae ingressu religio-  
nis homini dāde hec adimuntur, haud  
secus quam si mortuus esset: immo  
morte corporali multo facilius homi-  
nes his commodis, quibus in altera vi-  
ta opus non habent, se spoliari sinunt,  
quam religiosi, quia continenter illis  
manent oculis obiecta, & frui illis pos-  
sent, si modo vellent. Itaque quo ani-  
mus nobilior est corpore, hoc crucia-  
tus iste altero grauior est & molestior.  
Denique in martyrio homo moritur  
corpori, at in religione moritur sibi ip-  
si. Vnde parum referat animam viuere  
in corpore, si nō amplius sibi viuat, sed  
Christo. Atque hinc merito efficitur,  
non vaum in religione esse martyrii,  
sed multa, cum in ea sit perpetuum  
quoddam bellum, continuumque certa  
men cum callido serpente, inimico no-  
stra,

stro, qui id vnum laborat, vt nos, sublatu Christo miserè depascatur. O singulare status religiosi privilegiū, quod præter alias multas excellentias & meritā, omnes qui in ea viuunt, licet illis gladio persecutoris propter Christum non adimatur vita, nō tamen destitui sint martyrij merito & gloria. Osacer religiosę seruitus status, qui homines non solum facit martyribus æquales, sed etiā Angelis, Deo caros, dæmonib, terribiles, & omnibus fidelibus commendabiles. O seruitus digna, que ab omnibus amplexerur & desideretur, cuius beneficio mereamur summū bonum, sempiterno perfruimur gaudio, & felicissimam perfectissimamqueū Deo asequimur coniunctionem.

## C O L L O Q V I V M .

**O**Dulcissime Iesu, ô verum exemplar, caput & Princeps omnium Martyrum, qui non solum verbis nos cohortari dignatus es ad abnegādum nosipso, crucem depositandam, & te insequendum, sed voluisti quoque admirando exemplo tuo, prælata cruce nos animare & ad eandem perfecendam confortare; oro te per illā immensam caritatem, quæ te ad hoc totum

optan-

optandum faciendumque pro nostro solo commodo, maiorique salute permutit: vt quandoquidem non merui rapiſa aliquid pati, vel sanguinem profundere pro nomine tuo, vt minimū mihi eam largitris gratiam, vt saltem in animo accensum quoddam sentiā desiderium, possimque esse ē numero illorum martyrum, qui per mortificationis viam, tua gloriōsa exempla, fatalitate sequuntur confiliciatq; ita crucifigim voluntatem meam in omnibus suis cupiditatibus, & afflictionibus terrenis, cor in omnibus inordinatis desiderijs & avarioribus, ac carnem omnibus vobis & mundi concupiscentijs: vt hec ratione mihi perfekte mortuus tibi soli viuam, te solum amem, te desiderem, & tui amore omnes humanæ vitæ afflictiones & æruminæ dulcescant, omnesque labores & onera allevientur.

## D O C V M E N T A .

**I**C<sup>ON</sup>SVLIT Dominus, ne tempore persecutionum sollicitissimus in præmeditando quid respondeamus: se fuggeremus illa hora quid responderemus sit aduersarijs nostris. unde discessimus idem faciendum in persecutionib. spiritualib. hostiū innisi: illū, quādo da-

mona

mon, in rebus quas confitit ad gloriam Dei, solum salutem pertinere, ut de terreat & abducatur à bono proposito, obicit oculos difficultates & pericula qua evenerit possint: suggerens, si hoc vel illud eveniat, quid esset acturus & nec enim debemus runc esse felicitatem, ut certè statuamus, quid hoc vel illo casu dicendum agendumque sit: runc enim Deus nō concurrit sua gratia, sicut consuevit currere dum casus illi rupit evenientem; respondendum autem est inimico, quod quidam seruus Dei respondit, dicens: Quando casus ille euenerit, probè scio quid agendum sit, quid autē ego sim acturus, nescio, nec iam attinet id dehinc.

2. *Dixit CHRISTVS seruos suis à propriis parentibus, cognatis & amicis tradendos in mortem & occidendos; ut intelligeremus in nostris tribulationib; persecutionibusq;, non debere nos persuadere tantum ad parentes & amicos, in illis p̄tem defigere, ex eorum sententia & arbitrio pendere, periculum enim est, ne illi secundū cōsilii carnis & mundi nos prodant, & causam prebeat nob̄e condemnationi; at debere pati etius configere ad Deum nostrum, amicū fidelem, & verum patrem in eos-*

*et cōfiderare, ab eo omne auxilium & solacium expectare.*

3. *Non legimus ante Saluatoris adventum, cum homines cūtām agerent carnalem, inter cognatos, & amicos fuisse aliquā ordinariam persecutionem, ut se mutuo traherent ad mortem. At postquam carēs amplecti sedēt Christi, ac sancte viscere, mox exorta sunt cognatorum persecutiones, sic prossim, ut nec pater parceret filio, nec fr̄uus patrī, nec avuncus avico. Hic perpetuus fuit mundi mos; ut dum filij mundanum agnoscit vitam, à parentibus & amicis ieiunia amentur & diliguntur, sed quamprimum vel minimū signum presentis facili deferendi, & Christo adhucendi, siue tam parentes quam amici infestissimi eorum hostes sunt, eosq; plus quam alium neminem exagitant & diuexant, secundū illud Domini dictum, inimici hominis domestici eius.*

4. *Christus horat cursum martyres suos Matth. 10. ad uitam p̄ ipsa profundendam, non dicit, nec de corpore, nec de villa eius parte, eam nos perituram. Sed tantum dicit, non peritum ullam capillum capitū, que res tam parva est, ut pars corporis dici non possit; ut intelligamus, tantam Dei esse bonitatem & liberali-*

R. tatem

tatem erga suos seruos, ut quicquid ei offeratur ad eum coendum, licet minimū & nullius momenti, ille tamen magnificat, copiosō & premo aliquando sit remuneratus.

LHC. 21.

Iacob. 1.

5. In patientia vestra, inquit Dominus, possidebitis animas vestras, unde discimus, iniurias nobis ab hominibus illatas non esse nobis noxias, sed potius valere ad comparādam patientiam, & per hanc animā nostra salutem, nam, ut dicit S. Apost. Iacobus, qui patienter suffert tentationes, recipiet coronam vita, sicut contra, qui perdit sapientiam, perdit & coronam.

6. Non dicit Dominus, seruos suos in persecutionibus, & patiendo possifur s animas suas, sed in patientia, ut indicaret, non sufficere ad salutem, si multe afflitionibus & arumnis obnoxij simus, ac etiam patiamur pro ipso Christo, nisi hac omnia toleremus patienter & ad finem perseveremus, neq; enim pone tolerate, sed patientia ipsa coronatur.

7. Quemadmodum veri martyres sunt qui pro gloria Christi & proximi salutis contemnunt vitam, sic quando quis ut Christiani homini officio faciat sati, non laboras, quid homines de se loquuntur vel sentiant, sed liberè dicit, quod

p. 112

perat ad gloriam Dei esse cōueniens, aut oneribus est in presentia aliorum bonū opus exercere, vel certè si religiosus est, subili pendit, si, quia vel mortificatio nem aliqnam facit, & vel regulas suas obsernat, & contennatur, vel etiam stultus habecatur hic, inq. ita similitudine quadam postulat vocari Martyr. Nam sicut martyris anteponit Christum vita sua, sic hic anteponit Christū gratie humanae. Quapropter sicut martyrum est actus summe perfectionis, ac proximè summum premio dignus, sic ante dilectionis ob similitudinem, quam cum martyrio habent, sunt quoque magna

perfectionis & in celo  
copiosē remunera-  
buntur.



DE COMMUNI

S A N C T O  
R V M C O N F E S.  
S O R V M.

DISCVRSVS III.  
EVANGELIVM.

Math.5.

**V**O<sup>S</sup> estis sal terra, quod  
sal euangelizat, in quo salie-  
tur ad nihilum valer ultra-  
nisi ut mittatur foras, & concul-  
cetur ab hominibus. Vos estis lux  
mundi. Non potest ciuitas abscon-  
di super montem positam neque ac-  
cedant lucernam, & ponunt eam  
sub inedio, sed super cadelabrum  
ut luceat omnibus, qui in domo  
sunt. Sic luceat lux vestra coram  
hominibus, ut videant opera ve-  
stra bona, & glorificant patrem  
vestrum, qui in caelis est. Sint lum-

bi

COMMUNI SS. 389

bi vestri praecincti, & lucerne ar- *Luc.12.*  
dentes in manibus vestris, & vos  
similes hominibus expectantibus  
Dominaum, quando reuertatur a  
nuptijs, ut cum venerit & pulsauer-  
it, confessim aperiant ei. Beati ser-  
ui illi, quos cum venerit Dominus  
iuuenierit vigilantes. Amen dico  
vobis, quod praecinget se & faciet  
illos disenumbere, & transiens mi-  
nistribit illis. Et siveenerit in secun-  
da vigilia, & si in tercia vigilia ve-  
nerit, & ita iuuenierit, beati sunt  
serui illi. Quis putas est fidelis di-  
spensator & prudens, quem con-  
stituit Dominus super familiam  
uam, ut det illis cibum in tempo-  
re. Beatus ille seruus, quem cum *Matt.24.*  
venerit Dominus, iuuenierit ita fa- *Luc.12.*  
cientem. Amen dico vobis, quo-  
niam super omnia bona  
constituerit eum.



Exod. 28.

**V**ETERIS Legis Sacerdos  
inter alia vestimenta, secun-  
dum ordinem à Deo prescriptum  
habebat vestem hyacinthinam, in-  
iuss extremitate partibus pendebat que-  
simula tunica coloris varij, misura  
medio aureis tintinnabulis.

Tere. 3.

## PROPHETIAE.

**D**abo vobis pastores iuxta cor-  
num, & paſcent vos scientia &  
erina.

Dan. 22.

2. Qui doctifuerint, fulgebunt quan-  
tum firmamenti, & qui ad insi-  
erudit multos, quasi stella in perpet-  
uas aeternitas.

Eccl. 44.

3. Hi sunt viri misericordia, quin-  
di pietates non defuerint, cum semine-  
rum permanent bona, hereditas san-  
nepotes eorum, corpora ipsorum sepa-  
sunt, & nomen eorum ruit in gene-  
tione & generationem.

## CONSIDERATIONES.

**P**OST victoricem sanctorum Ma-  
tyrum exercitum, proxime

qua-

quantur nobiles & splendidae turmae  
Confessorum, qui officiorum, mini-  
steriorumque varietate non solum Ec-  
clesie militanti magno sunt ornamen-  
to, verum etiam multiplice sua virtute  
quasi clausimis quibusdam scellis il-  
lustratores reddant Ecclesiam trium-  
pharem. Vbi consideranda est, quae  
admodum in Republica bene consti-  
tuta duo hominū genera sunt necessaria.  
Alterum eorum qui eam custo-  
diant, & armis contra hostes defendant,  
Alterum vero eorum, qui sua sapientia  
& prudenter eam administrant, &  
in pace bonisque moribus conseruent  
& sustentent ut Christum Dominae  
nostrum valuisse in Ecclesia sua esse  
duo haec hominum genera, ut alij fide,  
sanctoque zelo armati, fortiter eam  
defenderent, atij vero celesti ornati fa-  
pientia & prudentia illam gubernar-  
ent, & ad omnem virtutem ac perfe-  
ctionem permouerent. Ex primo illo  
generi fuit fortissimus exercitus Mar-  
tyrum; quorum mutus fuit, ut iam  
dictum est, non solum confiteri, & in-  
trepide aduersus omnes hostes fidem  
Sanctam tueri, verum etiam, cum o-  
pus esset, sanguinem & vitam pro re-  
ligione Christi, sanctissimique nomi-

R 4

nis

*Exod. 25.*

nis eius gloria profundere. Ex se-  
cundo vero genere fuit illustris chorus  
Confessorum, quorum officium era-  
non modo prædicatione, & doctrina,  
sed sanctæ quoque conuersationis ex-  
emplo, bonorumque operum exer-  
tatione religione ac cultu diuinum  
promouere, virtutem & abusus populi  
delicis extirpare, mores reformati, sim-  
plices & rudes instruere, concordiam  
& pacem inter omnes fratrem testam  
conseruare, ac denique pauperum &  
afflictorum necessitatibus ex charitate  
Christianæ succurrere. Hi sunt illi pu-  
dentes & fideles Domini serui, in Ec-  
clesia per summi Sacerdotis vestem  
veteri lege præfigurati, qui ut repre-  
sentabant ipse personam Christi, ita  
stibus suis representabant Ecclesiam  
qua scriptum est, quod sit circunda  
varietate. Et hoc Pontificia vestitu-  
loris celestis, quo significabatur res-  
tis horum Sanctorum Confessorum  
vita & conuersatio: in quorum que  
persona dixit Apostolus. *Nisi  
autem conuersatio in celis est. Hac-  
tis in extrema ora habebat quadra-  
tintinnabula aurea; nam hi sancti  
solum prædicatione & doctrina, si  
etiam virtutum pio exemplo qu*

*Psal. 44.**Phil. 2.*

fiuui quodam fono populi fidelis au-  
res dampnabant, tepidos excitabant,  
feruentes recreabant & promouebant,  
errantes autem in viam bonam redu-  
cebant. Deinde per mala purifica colore  
vario tintinnabulis intermixta, non a-  
liud designabatur quam corum cha-  
ritas, operaque virtutis, quibus glorio-  
si hi Confessores, doctrinam, bonam  
que famam coniungebant. Nec enim  
erant è numero eorum, qui quod a-  
hos docebant, ipsi non faciebant, de  
quibus Dominus, *Dicunt, inquit, & Mat. 13.*  
*non faciunt, sed fuere ex illis de quibus*  
*ideam Dominus dixit. Qui fecerit & do Matt. 5.*  
*cuerit, hic magnus vocabitur in regno  
caelorum.* Sunt præterea hi sancti ad-  
modum congruentes ab Euangelista  
Ioanne in Apocalypsi præfigurati in  
candida & splendenti byssina veste, qua  
vestita erat sponsa Agni, quæ est Eccle-  
sia sancta, dicens: *Datum est illi, ut co-  
operi et se byssine splendenti & candido.*  
*In suum enim iustificationes sunt San-  
ctorum.* Et rectè sancti Confessores in-  
se exprimunt candorem & splen-  
dorem byssi, candorem quidem pura &  
innocia vita, splendorem autem pio-  
rum operum claritate. Eò quoque spe-  
ciat sapiens, cum agens de Ecclesia

*Apoc. 9.*

R 5 in

*Prover. 31.* in praesentia illius mulieris fortis dixit,  
Ejus & purpura indumentum eius.  
Purpureo enim colore significare voluit statum Martyrum, candore vero  
byssi, hoc collegium Confessorum, q-  
uicut clarus paulo post illud exposuit,  
dicens. *Fortitudo & decor indumen-  
tum eius.* Vbi nomine fortitudinis de-  
notauit Martyrum constantiam in per-  
secutionibus, nomine vero decoris, or-  
namentum, quod hi sancti Confes-  
sores sua virtute Ecclesiae Dei atule-  
runt.

2. IAM circa gloriosum nomen Con-  
fessorum considerandum est, quorū mo-  
dis possimus, & debeamus confitemi  
Deum Dominum nostrum, ita ut in  
de mea eamur appellari Confessores.  
Ac primū quidem priscis illis seculis  
cum Ecclesia persecutionibus immo-  
nitionum Tyrannorum fidei Chri-  
stianæ hostium exagitaretur, qui con-  
stanter usque ad mortem, fidem Chri-  
sti profitebantur gloriose hoc Con-  
fessorum nomine compellati fuere.  
Cū vero hi omnes quitta patiebas-  
tur, ut sanguinem pro Christo profun-  
derent, inciperent vocari Martyres, &  
est testes, quasi suo sanguine venia-  
tem fidei Christianæ testati essent;

liqui omnes Christiani, qui sine affli-  
ctione & profusione sanguinis, fin-  
ctam & piam vitam agebant, eo quod  
& hi multis modis confiteretur Chri-  
stum, cœperunt appellari Confessio-  
res. Primo enim confitebantur illum  
corde credendo in ipsum, adorando  
& venerando illum tanquam pri-  
ncipium & finem rerum omnium. Qua-  
re poterant cum Prophetæ dicere, *Cen-  
